

crelibus joannis raymond

STATVTA

A. 5.
1638

SYNODALIA

A REVERENDO IN
 CHRISTO PATER ET DOMINO,
 Domino Germano Valente Guellio
 Dei & sanctæ sedis Apostolicæ gratia
 Aurelianensi Episcopo coniesta, edita,
 & publicata Aureliae, die Mercurij post
 festum Penthecostes, in sua generali
 Synodo.

Anno domini, 1587.



*Caelumne Serpent
 Tellurant de Boia
 Aulana..*

AURELIAE.

Venient Aureliae in ædibus Oliuarij Boynard,
 Librarij Iurati, sub signo Librariæ, in
 claustro sanctæ Crucis.

M. D. LXXXVII.

CVM PREVILEGIO.





GERMANVS VALENS

GVELLIUS DEI ET SANCTÆ

sedis Apostolice gratia Episcopus
Aurelianensis dilectis nobis in Chri-
sto filiis, Archidiaconis, Abbatibus,
curatis, vicariis, promotoribus,
aliisque curam animarum habenti-
bus in Ecclesia, ciuitate, & diœcesi
Aurelianensi constitutis salutem in
domino Iesu Christo, qui est vera
salus.

DO ST QVAM reli-
cta Lutetia Aure-
lianam ad Episcopa-
lem functionem,
tantæ impar digni-
tati, reuocatus sum,
prioris lucis, & vrbis imperij nostri
ā ij

E P I S T O L A .

matricis animum meum remordens
desiderium, germano amore patriæ,
omniumque ciuitatis ordinum ad
meum redditum applausu solatu^s, (ve-
luti Helenes hausto exhilarante po-
culo) acquieui tandem, patriæ ratus
antiquissimo vnumquēque nostrum,
secundum numen, nomine teneri, &
vt Ciconialis lex alimenta parentibus
repositorit, ita ius fāsque in patriam, pri-
māque parentem tellurem officium
omne genys, pietatēque omnige-
nam à nobis exigere. Agite igitur ca-
rissimi filij, (quos oculos Episcopi di-
ci blandior mihi ipse, vt & eodem
insōnes grēgi quóque serio gratulor)
hanc patriam & urbem, quæ spii itus-
sancti interuentu, & piorum patrum
imbuta declamatione assidua, in vnā
religionem, notha & peregrina exa-
cta, tanto consensu coaluit, ornemus,
amemus, colamus, hoc vt faciamus,

EPISTOLA.

vos obsecro obtestorque fratres filii-
que, quos sacræ metaphoræ, nunc
gregipascendo, nunc diui Petri nauis
leuandr regendæque, nunc etiam
vineæ domini colendæ præfecerunt
ut hoc infelicissimo sæculo, eò acrius
in nauis gregisque, vitisque defensio-
nem, & curam incumbatis, quò con-
tentiores insidiæ à feris, abigeisque
caulis instant, quóque magis per in-
gruentem tempestatem, nauis ipsa
perditis hominibus deprimi aut solui
posse frustra speratur, quóque pro-
pius falcis malæ, furis, pecorisque
iniuria viti imminere noscitur, me-
mores, animoque repetentes has ar-
tes paſcendi, gubernandi vineamque
recolendi, sapientibus demonstratio-
ne, enumeratione, & cognatione artiū
cæterarum, commendatas, tanquam
bonum alienum nobile, beneficium
gregibus, vectorigibus, vincisque, nec

EPISTOLA.

artifici magistrō ve proprium , aut in
cius rem & compendium inuentum.
Vtentes itaque in naui nauigāda spi-
ritus sancti aura secunda,cursum,por-
tūmque tenete,& poëticum commē-
tum Phæacum *τεῶς αὐλητῶν*, admi-
niculis omnibus defectæ, at in tutum
agi solitæ. Ridete quidem, sed opera
industiāque generosa , duce vniuersi
domino arbitrōque, nauem ipsam ar-
mamentis,instrumentisque confractis
conuulsam ad littus opportunum ap-
pellite. Macti denique estote & libro-
rum facrorum frequētatione , & mo-
ribus Christianæ doctrinæ respon-
dentibus . Accipite autem benignè
hunc libellum de Synodicis constitu-
tionibus huius Epistolæ proposito
conuenientem, quem *ἀπενίγεαθον* in
manus vestras venire nolui,nuper ad-
modum à viris doctis recognitum, &
olim à Ioāne Aurelio Cardinale Au-


EPISTOLA

reliensi Episcopo, liminari elogio illustratum, quod quidem ego ~~etiam~~, meæ inaugurationis primicias eo animi candore vobis offero, quo vos in perpetuum prosequi mihi omnino certum & constitutum est.

Valete, Magduni.

Extrait du preuilege.

Par grace & preuilege de Monsieur le
Reuerend Euesque d'Orleans , Il est
permis à Oliuier Boynard Marchant li-
braire Iuré de l'Vniuersité dudit lieu,
d'Imprimer ou faire Imprimer à qui bon
luy semblera, vendre , & distribuer le pre-
séti liure intitulé Synodalia à l'ysaige d'Or-
leans , avec deffences à tous autres mar-
chantz , Libraires, & Imprimeurs de ladi-
ete vniuersité,d'Imprimer,ou faire Impri-
mer vendre ne distribuer ledict liure sans
le consentement dudit Boynard pendant
le temps de vingt cinq ans,pour les causes,
& sur les peines portees par ledict preui-
lege.



DE SYNODALI euocatione.

SNtāto rerum discrimine, quo (maxime) hoc in Franciæ regno perhorrendis mundi huius maris fluctibus ac mirabilibus procellis, præsertim lætifica hærefoeos ac fororis suæ tyrānidis prauitate, summa rerum periclitari cœpit, fieri non potuit quin permulta à maiorum traditione laudabili decreuerint: quæ misera hucusque temporis calamitate inordinata, confusaque permanserunt. Quæ quidem vltrò citróque considerata pro officij nostri ratione, sedulaque Ecclesiæ Dei nobis creditæ cura, ad suam integritatem reducere cupientes, à Synodali conuocatione initium pro more sumendum duximus. Atque imprimis qua fungimur auctoritate statuimus, vt omnes qui Synodis nostris comparere tenentur, in Ecclesiasticæ nostræ curiæ prætorio hora se-

ptima de mane in Synodo æstivali, hora
verò octaua in Synodo hyemali existant,
illicque à prædictæ nostræ curiæ graffario
alta voce figgillatim vocati, secundum
tabellæ ordinem sedebunt exortationem
nostram, vel officialis nostri attentius au-
dientes. Qua peracta, archidiaconatum
ordine omnes appellabuntur. Statuimus
autem & sub graui pœna præcipimus, vt
singuli compareant veste honesta, & ni-
gro colore induti, coma rasi, & barba, ton-
fura apparente in capitis vertice, suppelli-
cio mundo & stola, qui modestè ac reue-
renter in omnibus se gerere curent. Qui-
bus ita vocatis ac Ecclesiasticis omnibus
negotiis diligenter disquisitis (pulsanti-
bus campanis) ac præcedente crucis vexilo,
omnes sequentur ordine recto, & bini,
sequente eos Pontifice seu eius vicegeren-
te, cappa iuduto serica, cum diacono & sub
diacono: qui omnes hymnum Veni crea-
tor spiritus ad finem usque alta voce con-
cinent ad chorum Ecclesiæ properantes.
Quo peracto, versiculum incipiet Synodi
præces. Emitte spiritum tuum, &c. Deus
qui corda fidelium, &c. Finita oratione
omnes bono ordine, debita deuotione, ac
qua Ecclesiæ Dei decet grauitate pastores,

processionaliter, Ecclesiam circundantes, Litanias decantabunt. Quæ processio (nobis præsentibus) ad chorum redibit: absentibus verò ad nauim. Ibique absoluta Litia, dicetur Psalmus De profundis, & à præside incipiet à porta inferi, &c. Deus veniæ largitor, & fidelium, &c. Sedebunt autem omnes in locis pro more. Tunc qui textum deferet Euangeliorum (accepta benedictione) leget alta voce Euangeliū. Designauit dominus Iesus, &c. Luc. 10. Quod dicto fiet concio verbi Dei Latino sermone, & illa finita, incipiet præses à domino factum est istud, &c. Confirmā hoc Deus, &c. Adiutorium nostrum in nomine domini. Sit nomen domini benedictum. dominus vobiscum. Oremus. Aetiones nostras, &c. cùm solita benedictione.

Qui mane propter temporis angustiam, aut alio impedimento excusatione digno, non interfuerint, aut vocati non fuerint, iuxta morem antiquum, in præfatæ nostræ curiæ prætorio, comparebunt post meridiem hora consueta, ibique reliqui omnes euocabuntur. Qui Synodo comparebunt, hæc statuta nostra præ manibus habeant grauis emendæ sub pœna: & euocatis omnibus, duo aut plures legantur articuli ad

præsidentis arbitrium. Quorum etiam interpretatio fiet ad imperitorum instructio nem: & hoc quidem in singulis Archidiaconatibus fieri mandamus.

Statuimus ut omnes qui ad Synodum venire teneantur personaliter intersint, nisi ineuitabili impedimento detentos eos esse certò constiterit: aut nisi à nobis vel alias à vicariis nostris canonice cum eis specialiter dispensatum fuerit, sicque illorum loco & nomine vicarius appaiebit, qui eorum excusationem seu dispensationem proponat.

In Synodo quę die Mercurij post festum Penthecostes celebratur imme diatè, qui præsentes fuerint, Ecclesiam ingessuri, alba induti esse debent & stola: In hyemali vero suppellicio & stola. Ad Synodū venturi, caueant summopere, ne quid per absentiam parrochia detrimenti in spiritualibus patiatur. Atque in itinere ac diuersorii ita se gerere current, ut eorum modestia, prudētiæ iuncta, omnibus innotescat.

Omnia ad populi ædificationem tendant, nil nisi moeratum, & religionem redolens pia se ferre ausi sint: inouerò gestu sermone, habitu professionē christianā & Ecclesiasticis dignā, ubique ostendant.

Caveat Ecclesie rector in sua absentia, vicarium in Ecclesia sua parochiali deputare ad curam animarum nisi forte ad paucos dies (necessitate urgente) sine nostra, aut vicariorum commissione.

Nilli detur curae animarum commissio, nisi si Ilei Catholicæ, debita professione prævia, iuri aueritque solemniter se ab ordinaria iurisdictione nostra non esse exemptum: & quod ipsa commissione durante, in quantum poterit spiritalem iurisdictionem nostram tuebitur, nec contra eam aliquo exceptionis priuilegio, vel declinatoria exceptione vtetur.

Nemini curæ animarum expediatur commissio nisi ei qui examinatus fuerit, & approbatus per nos, aut officialem nostrum: neque per errorem quemcunque aut importunitatem, aut alias non praecedente examine & authoritate colata, uti audient & valeant in illius vim suum exercere officium.

Quæs qui animarum regimen sortiti sunt, die Dominica quæ Sinodi diem præcedit, an sint aliqui in sua parochia infirmi diligenter inquirant, eosque (etiam non requisiti) visitare festinent, & quæ ad animæ salutem cognouerint dili-

genter edoceant. Nec prius iter arripiant quām vicarium deputauerint qui (absentibus illis) valeat ægrotantium casibus subuenire: alioquin per vicarium presbyterum, doctrina & mōrum integritate prēstantem, illis succurratur maturiūs. Quod & populo denuntiare debent publicē, vt sciat vnuſquisque quem quærere debeat necessitate pressus. Idem & ij quotiens eos aliquò proficiſci contigerit, diligenter obſeruent.

Quoniam ad bene dirigidum gregem ouillis domini , & ad emendendos sceleatorum hominum mores , non parum habet momenti, vita sacerdotum laudabilis : cum præsertim ex inculpata illorum conuersatione fructus colligat vberrimos Christi Ecclesia , nec maior pernities esse possit, quām exprauis ac dissolutis eorum moribus : opere premium esse existimauimus eos per nomen Christi & Dei monendos, & authoritate nobis commissa interim præcipimus , quatcnus vt filij lucis dignè ambulare studeant, omnem malitiam, dolum, simulationes, inuidias, & detractiones quasi modo geniti infantes deponant. 1. Petr. 2.

Sic luceat lux ipsa super candelabrum

Ecclesiæ posita coram hominibus, vt vi-
dentes opera Ecclesiasticorum bona Ec-
clesiæ, glorificant Deum & eosdem sum-
mopere diligentes, digno debitōque pro-
sequentur honore.

Sic à carnalibus abstineant desiderijs,
qui sacra domini vasā contrectant, quīque
sancti cum sancto contubernium habētes,
esse debent, ne arcā domini cum Ozā
indignè tangentēs percussi intereant.

Tales se esse studeant summopere, qua-
les haberi volunt & ipsi, qui summa virtu-
te, præstantique doctrina ac morum inte-
gritate niti debent magis hominibus pla-
cere quam gestis.

Sint ubique prudentes vtpote in quos
quasi in vitæ institutionis paradigmata
omnium diriguntur oculi. Sint in oratio-
ne peruigiles, ante omnia autem mutuam
continuāmque charitatem habentes, quæ
operit multitudinem peccatorum. Hospi-
tales iniucem sine murmuratione, gratiam
gratis acceptam administrantes, sicut boni
dispensatores i. Petri 4. Exemplo sint om-
nibus christi fidelibus, in doctrina sana, in
fidei integritate, vītē puritate, & morum
disciplina, quæ decent Christianam pro-
fessionem ubique docentes.

Subditos principibus & potestatibus
subiici admoneant, iuxta verbum Apostoli Rom. 13. dicto obedire, ad omne opus
bonum paratos esse: ut qui ex aduerso est,
per sanctam illorum conuersationem, nil
mali de illis dicere habēs vereatur, déum-
que optimum maximum glorificare, & ad
matris Ecclesiæ sinum cogatur reuerti.

Ab omni malo abstineant sacerdotes,
non tantum opere premium est, verum etiam
ab omni specie mali: declinent à malo, fa-
ciant bonum, nullumque in virtute pro-
grediendi modum statuant: nimis cum
in via vitæ non prodi regredi sit (authore.
Bernardo. sermo 2. de Punitif.)

Non turpi lucro victum viuendique
modum sibi comparare studeant, qui pau-
perem christum sequi professi sunt, sed Ec-
clesiæ tum honestè, tum deuotè, iuxta sta-
tus sui debitum subseruientes, de altari vi-
uant cum Apostolo dicentes. Habentes
alimenta & quibus regamur his contenti
sumus. Nullam sacerdotio artem exercen-
tes indignam, puras ad Deum manus leua-
re præsto sint.

Nil sit illis cum inconditæ multitudinis
moribus commune, qui verè clerici sunt,
id est de sorte domini. Nil placitum, nil

populare, nil denique quod Ecclesiasticam non deceat disciplinam. Morum grauitate præstantiores esse studeant, quām eruditione, quanvis vtrumque illos deceat, ne in illud inuoluantur Euāgelicum, dicunt & non faciunt.

Mignum nephā existiment laicorum possessiones conducere, quūcum Propheta dixerunt dominus pars hereditatis meę, & calicis mei: Psal. nec sese secularibus implicent negotiis, vt ei placeant cui se probarent, 2. Timo. 2.

Ad tabernas Ecclesiasticos diuertere prohibemus, (inevitabis nisi necessitatis casu) quam peregrinatio aut longum iter afferre potest, in quibus alioquin potatio, crapula erit, nugae ex eorum ore, blasphemiae sunt, festucæ in oculis, trabs omnibus apparens, & lentigo, seu nævius in facie, lepra putatur.

Grauitatem sacerdotio dignam in Ecclesia ostendant, ne illorum vituperetur ministerium. Sed & modestè per vicarios incedant (necessitate urgente) quorum externa corporis compositio mentis indicet æqualitatem.

Arma sacerdotū orationē esse ac lectio- nē ex Hieronimo sciant, nulla qua propter

alia deferre præsumant, nisi ad corporis tuitionem, cùm per loca periculosa trans-eundum est, qui cum Apostolo dicunt: ar- ma militiæ nostræ non carnalia, sed po-tentia Deo, 2. Cor. 10.

Prauas deuitent quæcunque suspicio-nes, & quicquid probabiliter, non tantum rei veritate fingi potest, nè fingatur præ-caueant: vt qui corpus Christi sacro ore ac præcibus conficiunt, quasi virgo de thala-mo suo ad altare cum tremore, & honore procedant. Hier. ad Heliodor.

Seipso\$ tanquam Dei habitacula, Chri-sti templæ, & Spiritus sancti organa, castos ante omnia custodiant hospitiola illorum aut raro\$, aut nunquam mulierum pedes tereant. Puellas omnes atque Christi vir-gines aut æqualiter ignorent, aut æquali-ter diligent: nec sub eodem tecto mansi-tent, nec in præterita castitate confidant, qui haud Dauidë sanctiores, nec Samsone fortiores, nec Salomone sapientiores esse possunt.

Meminerint de paradiſo colonum mulierem eieciſſe (ægrotantibus il-lis) quilibet sanctus frater assistat, & ger-mana, vel mater: aut probatæ quælibet apud omnes fidei. Sunt enim quampluri-

mi qui corpore quidem conualuerunt: animo autem egrotare cœperunt. Periculosè illis ministrant quarum vultum frequenter attendunt.

Si propter clericatus officium, aut vidua visitatur, aut virgo, nunquam domum soli introeant. Crebra miniscula, & sudaria, & fasciolas, blandasque ac dulces literulas, sanctus amor non habet Hieronym.ad Næpotia, de vita clericorum.

Matronarum confortia non habeant, nec nobilium negotia tractanda sumant, nec retro aspiciāt, qui ad aratrum manum miserunt: quique aulam quarentes magis, quam Ecclesiam, à Christiana pietate decidant. Incredibilis etenim animi fortitudo inter gemmas & sericum. Inter Eunuchorum & puellarum cateruas, & adulatio nem familiariae perstrepentis, & exquisitas epulas quas amplæ domus præbet abundantia, facile molescit. Hieronym.ad Demetriadem.

Consolatores potius in mœroribus suis, quam conuiuas in prosperis nouerint. Facile enim contemnitur clericus, qui sape vocatus ad prandium, non recusat. Sed & nimia familiaritas parit contemptum.

Procuratores ac dispensatores domo-

rum alienarum atque villarum quomodo possunt esse clerici, qui proprias iubentur contemnere facultates? Amico quippiam rapere, furtum est: Ecclesiam fraudare sacrilegium est. Accipere quod pauperibus datum est, omnium prædonum crudelitatem superat Hierony. Næpo. Cùmque vox cœlica & nostra sedulitate animi præstantia, ita mores suos componere studuerint Ecclesiarum rectores, ad pascendum gregem sibi commissum accingatur quantumcùs in domino hortamur & pro debiti nostri ratione obtestamur. Atque ut hoc facilius præstare valeant, rerum præcipuum breue compendium committere curauimus.

De sacramentis.

Dicit Apostolus ritè omnia fieri, & ordine decenti in Ecclesia, quod presertim à fæcerdotibus requiritur, circa sacramentorum administrationem, sine quorum visibili confortio in unum populus fidelis coalescere nequit. Multiplex autem à doctoribus assignatur sacramenti

deffinitio , quæ tamen eundem sensum complectitur.

Sacramentum secundum Augustinum, est inuisibilis gratiæ visibilis forma . Quæ generalis deffinitio, sacramentis tam veteris quam nouæ legis conuenit. Alia ex eodem deffinitio. Sacramentum est illud , in quo sub tegmento rerum visibilium, diuina virtus secretius operatur. Tum à magistro sententiarum, sic deffinitur. Sacramētum est signum gratiæ Dei , & inuisibilis gratiæ forma , vt eius imaginem gerat & causa existat . Sed & à Hugone de sancto Victore, sic, sacramētum est materiale elementum extrinsecus oculis suppositum, ex institutione significans, ex similitudine repræsentans , ex sanctificatione gratiam inuisibilem conferens.

Sacmenta legis gratiæ Christus instituit, tanquam verus nouæ legis lator & author, in qua electos vocans ad præmia, dedit suæ voluntatis præcepta & redemptionis nostræ sacramenta , in verbis & elementis, vnde diuus Augustinus accedit verbum ad elementum , & fit sacramentum.

Ad hoc autē instituta sunt in verbis & elementis, vt habeat significandi euidentiam,

& sanctificandi efficaciam: quia dum elementa oculis, & verba auribus se offerunt, dant significationis rei euidentiam. Instituit autem Deus sacramenta, quedam ante aduentum suum, ut Matrimonium & Pœnitentiam, quæ in lege Euangelica confirmavit, dum Pœnitentiam prædicauit, & nuptiis interfuit.

Alia quinque Christus instituit, confirmationem videlicet, parvulis manum imponendo. Unctionem discipulos ad infirmos curandum mittendo, qui eos oleo ungabant. Mar. 6. Baptismum vero, tum suscipiendo, tum formam illius dando, & præcipiendo, ite, docete omnes gentes baptisantes eos, &c. Ordinem autem, potestatem Apostoli etorūmque successoribus ligandi & soluendi tribuendo, atque altaris sacramentum conficiendi. Eucharistiam tum sacramentum instituit, conficiendo (ac imminentे passione) discipulis dando.

Hæc autem sacramenta multiplici de causa à christo instituta sunt. Propter humiliatiōnē. Homo enim inferioribus creaturis se subiiciendo reparat quod (se in creatorem eleuando) primus homo destruxerat & salutem consequitur per meritum

Christi sacramentis applicatum. Secundo ad eruditionem nostram instituta sunt sacramenta, ut scilicet homo per visibilia ad inuisibilia cognoscenda capax efficiatur. Tertio ad exercitationem, qua homo omnne vitium declinet, & ad opus pium se exerceat. Vnde Hieron. semper aliquid boni facito, ut semper te occupatum diabolus inueniat. Quarto propter medici ad medicinam congruitatem. Quia cum medicus Deus ipse fit optimus maximus congruenter medicina quam homini confert, aliquid diuinum praese ferre debet (gratiā scilicet inuisibilem) & visibilem gratiae formam. Quinto propter congruitatem ex parte infirmi. Quia cum infirmus sit homo constans corpore & spiritu, spiritus autem in corpore vix spiritualia capere possit nisi in corporalibus, medicamenta hæc spiritualia dare congruum fuit in rebus corporalibus quemadmodum pillulæ in nebula dantur.

Sexto, propter meriti augmentationem. Multum quippe valet ad meritum, quando ipsi Deo piè creditur, in his quæ sub ratione humana non cadunt.

Sacramentum insuper nouæ legis effectus multiplices esse dignoscuntur, à pec-

cato mundant, in bono conseruant, corpori Christi mystico incorporant, iustificant, ad beatitudinem præparant, illuminant, & præseuant.

De numero sacramentorum.

 Eptem sunt nouæ legis sacramenta secundum septem status hominum diuersos. Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vncio, Ordo, & matrimonium. Baptismus, ad intrantium statum propriè refertur. Hâc enim Ecclesiam Dei ire oportet. Confirmatio, ad pugnantium in stadio præsentis militiæ statum pertinet. Eucharistia, vires infirmandum reficit & auget. Pœnitentia, à peccati morte resurgere facit. Extrema vncio, ab hac vita mortali exeuntes potissimum decet. Ordo ministrorum Dei & Ecclesiæ statum adornat. Matrimonium vero, eorum statui qui continentiae professores non sunt, maximè congruit.

Hæc autem septem Ecclesiæ sacramenta, multiplies habuere in lege antiqua figuræ, nimirum in septem tabernaculi lucernis candelabro superpositis. Numer. 8.

In septem

In septem Lotionibus Naaman Syri. 4.
Reg. 5. In septem oculis quos super vnum
lapidem vidit Propheta Zachar. 3. In se-
ptem stellis, quas in dextra sua similis filio
hominis habebat. Apoc. In septem libri si-
gnaculis quæ agnus rescravuit. Apoc. 5. In
septem tubis quibus cecinerunt Angeli.
Apoc. 8. In septem panibus, quibus fame-
licam turbam dominus satiauit. Matth. 15.

Hæc septem sacramenta, ad septem vir-
tutes consequendas disponere creduntur.
Baptismus quippe est sacramentum fidei
consequendæ. Confirmatio, spei, Euchari-
stie, charitatis, Pœnitentia, iustitiae, Extre-
ma vncio, fortitudinis, Ordo, prudentiae,
Matrimonium, temperantiae.

Sed ipsa opponuntur peccatis sacra-
menta, Baptismus, peccato originali, Pœniten-
tia mortali, Extrema vncio, veniali, Or-
do, ignorantiae, Eucharistia, malitiæ, Con-
firmatio, socordię Matrimonium concu-
piscentiae.

Baptismus in originalis culpe remedium
institutus est, delens etiam aliam quācum-
que culpam & maculam, simul pœnam re-
mittens, & gratiam conferens, (modo
intentio habeatur tam ex parte subie-
cti, id est baptisandi) quam ministri, aut

specialis , aut saltem generalis.* Intentio autem generalis est illud facere quod facit Ecclesia. Specialis verò, vt scilicet baptisandus mundetur, & filius Dei & Ecclesiæ efficiatur. Subiecti intentio requiritur si est adultus, alioquin fictè accedens, aut iniuitus, sacramenti gratiam non recipit. Si autem nondum adultus & rationis compos , eius supplet defectui pia Ecclesiæ intentio.

Baptismus omnium sacramentorum ianua verè creditur , quia nullum aliud in Ecclesia confertur Sacmentum, nisi illud præcesserit baptissimi sacramentum. Ad cuius essentiam requiritur imprimis formæ ipsius vocalis expressio. Ego baptiso te, in nomine patris , & filij, & spiritus sancti, amen. Quæquidē absque vlla verborum omissione, aut additione, seu trāpositione, nec commutatione fieri debet. Secundum quod requiritur est actualis & uidens per elementum aquæ ablutio siue maris, seu fontis, aut fluminis: quæ in toto corpore facienda est, vel saltem in digniore corporis parte (scilicet) in capite nudo:

Tertium quod requiritur est inuersio ab uno solo fiat & eodem momento, quo

forma verborum exprimitur: ita quod nō
vnus baptisandum immergat, & aliis ver-
ba essentialia proferat.

Quartum quod requiritur ad baptismi
essentiam, fides est quām catechismus prē-
cedere debet in adultis in quibus fides pro-
pria requiritur, & intentio bona: In paruu-
lis vero, aliena quia in fide Ecclesiæ bapti-
fiantur.

Baptismus autem in aqua fieri debet,
non in alieno liquore, vel in aqua artifi-
ciosa ut puta rosarum, melitiæ, hysopi, &c.
quæ non ad emundationem sumuntur, sed
ad delectum & fucum: quæque ab illa ma-
ximè distant in qua baptisatus est Christus
in Iordanis flumine. Propriè vero in aqua
fit baptismus, quia cum homo per pecca-
tum primi parentis immunditiam incur-
rerit, ignorantiam, & concupiscentiam,
ab his tribus per aquam liberatur in ba-
ptismo, puritate (scilicet) aquæ, perspicui-
tate, & frigiditate. Nam baptismatis aqua,
sua puritate mundat, sua claritate illumi-
nat, suaque frigiditate à concupiscentiæ
æstu temperat.

Baptismus tum in aqua institutus est, ne
quem inopia excusat, néue propter mate-
riæ defectum; homo à salute decidat si in

alio fieret liquore: Imo ut vbique terra-
rum baptismi materia, id est, aqua reperi-
ti possit.

At triplicem baptismum esse, scire de-
bent Ecclesiarum rectores, fluminis (scili-
cet) flaminis & sanguinis, qui tamen inter
se differunt. Nam baptismus flaminis, à
tota poena liberat simul & culpa, gratiam
in habitu infundit, & characterem impre-
mit. Baptismus flaminis, culpam delet, nō
quidem semel tantum, sed pluriēs, & ha-
bet gratiam in usu in quo meritum con-
sistit. Baptismus vero sanguinis culpam nō
solum delet & poenam, verum etiam sta-
tim præmium confert.

Baptismi solemnitates octo sequentibus
possunt versibus considerari.

Sal, oleum, Chrisma, Cereus, Chrismale,
Saliua. Flatus, baptismatis ista figurant: hæc
cum patris non mutant esse, sed ornant.

In quatuor locis inungitur baptisandus
in fronte, videlicet ut fidem Christianam
publicè protestetur, in vertice, ut quæ agé-
da sunt, ab eo subtilius intelligantur, inter
scapulas, ut Christi iugum suauius por-
teatur, in pectore autem, ut dulci corde, qui
per dulcis est Deus diligatur.

Baptismus fuit materialiter institutus,

quando in ordine à Ioanne baptisatus fuit Christus Matth.3. Formaliter autē, quādo ad baptisandum discipulos misit dicens, ite, docete omnes gentes baptisantes eos in nomine patris &c. Marth.28. Finaliter verò, quando dixit Nicodemo nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. Ioan.3. effectiū quando ex eius latere per fosso, exiere sanguis & aqua. Ioan.19.

Baptismi effectus plures sunt. Ad alia sacramenta præparat, à peccato mundat, quod in mari rubro significatum est, vbi (submersis Ægiptijs) Israelitę transire incolumes. Pœnam peccati relaxat, vnde baptisati ueste induuntur candida: inde dominica in albis nomen sortita est pascæ octaua. Baptismus partem baptisati rationalem illuminat, vnde sal in ore ponitur, qui sapientiam in scriptura & discretionē significat. Concupiscibilem tum partem ad bonum inflammat, vnde baptisato accensa datur candela. Irascibilem denique confortat, vnde infans à patrinis sustentatur & ducitur ad ultus: & post aquæ effusione ad altare, Dei quasi viator defertur, quia post maris transitum Israel Amalechitas deuicit. Gratiam cōfert baptismus, quod per columbam, quæ super Christum

baptisatum sedit significatum est. Caracterem imprimit, quod per vitreum mare in Apocalypsi figuratur. Fomitem peccati mitigat, quod ipsa aquæ frigiditas signat. Diaboli potestatem minuit, quod per exsufflationem signatur. Ianuam cœli aperit: quod in Christi baptismo significatum est, quando cœli aperti sunt.

Passio Christi per causam meritoriam & satisfactoriam cœli ianuam aperuit. Baptismus autem per causam efficientem & singularem aperit.

Circa sacramentorum administracionem multa ad pietatem, deuotionem, religionemque fidelium excitandam, instituta fuisse creduntur, tum ab ipso Christo, tum ab Apostolis, ac discipulis, necnon à patribus antiquis, nobis per manus tradita, quæ sacramentalia dicuntur. Aliud enim est sacramentum, & aliud sacramentale. In sacramento baptismi salis benedicti applicatio ministri in os baptisandi saluia, trina in aqua immersio, Chrismatis in pectore expressio, in fronte, & inter scapulas olei inunctio, sacramentum non est, sed quid sacramentale & sacramento congruum non tamen de ipsa sacramenti essentia. Catechismus etiam & exorcismus sunt

sacramentalia: non ipsum sacramentum: non enim his omissis, in necessitate sacramentum desineret esse, sed tamen peccaret plurimum, quia scienter illa omittetur.

Inter Ecclesiæ sacramenta, numquam reiterari debent, Baptismus, confirmatio, & ordo. Iterari autem & frequenter quidē debent, Eucharistia, pœnitentia, & extrema vñctio, non quidem in eodem, sed in alio morbo. Matrimonium verò ab his qui nullo vinculo ligati sunt, reiterati potest.

Quæcunque ad sacramentorum administrationem necessaria sunt, Mundè ac honestè in Ecclesia sub clave à sacerdote seruari statuimus, eidem horū curam committentes, non laicorum alicui veluti fontium aqua lustralis, Chrisma oleum sanctum, & infirmorum prohibentes obstrictè, ne etiam laicis ad ea pateat aditus.

• Quotannis, chrisma, oleum sanctum, atque infirmorū renouari debent, cum stuppis aut veteribus (ab ipso solo sacerdote Ecclesiæ ministro) combustis, eorum cines res vel in piscinam projiciantur, vel retrò altare in terram sanctam recondantur.

Sacmenta ipsa, ius sepulturæ, aliaque eiusmodi liberaliter ministrantur (nulla salarij mentione præhabita) Postquā verò

sacerdos dignè officio suo fūctus fuerit, omnes ad satisfaciendum, iuxta laudabiles quæ hactenus seruari solitæ sunt consuetudines cōpelli volumnus, si id facere renuerint, ac strictè præcipimus, vt qui altari seruit, de altari & viuat. Scriptum est enim non alligabis os boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. Luc. 10.

Sed & obtestamur ac præcipimus, vt qui ad alicuius sacramenti administrationem, sacerdotes accēdunt (si fieri potest) confiteantur prius sin minus, contriti (pro necessitate) pergant, vt sancti sint qui deserunt vasā domini sacra.

Statuimus fontes baptismales in quauis parochiali Ecclesia haberi, cum vasculis conuenientibus libro, & alijs necessarijs, quæ ab Ecclesiarum procuratoribus ipsis rectoribus custodiēda ministrabuntur, nisi forte alicubi ad hoc teneantur ipsi rectores, aut priores quos ad hoc cogi volumus.

Præcipimus Ecclesiarum parochialium rectoribus alijsque omnibus sacramentorum ministris, vt cum dei timore ac reuerentia summa ad tanti sacramenti, cæterorumque administrationem accedant distincteque ac dilucide verba in ipso requisita proferant, immersione seu aspersione

aquæ cum verborum pronuntiatione, debitè ac deuotè facta. Prima autem immersio seu aspersio fiat, cum dicetur. Ego baptiso te in nomine patris. Secunda, cum dicetur, & filij. Tertia, cum dicetur & spiritus sancti.

Ecclesiarum rectores seu eorum vicarij per nos aut vicarios nostros approbati, protocolum seu registrum baptisatorum, in quo annus, mensis, dies baptismi, nomen baptisati, parentum ac susceptorum contineantur, magna cum diligentia habentes, custodiant. Idem de sponsalibus ac sepulturis fieri mandamus: quæ registra secum deferent ad Synodum venientes, saltem semel in anno.

Curent Ecclesiarum ministri plebē suam instruere, ut quando timetur de infantū morte qui ad baptismum deferuntur, omni cum diligentia ad Ecclesiam pergant, nec procrastinent. Vbi autem mortis periculum immineret, eo casu posse hoc sacramentum etiam à laycis conferri, modo distincte ac intelligibiliter verba sacramenti proferent cum trina aquæ aspersione seu infusione verbis Gallicis hoc modo: *Enfant je te baptise au nom du Pere (esplantant de l'eau sur la teste en signe de croix) & du Fils (espan-*

dant de l'eau pour la seconde fois en signe de croix) & du saint Esprit, (espandant pour la troisième fois de l'eau sur la tête tant qu'il en tombe sur le corps à chacune fois,) ad quod congruum est aqua benedicta, quam omnes suis in domibus habere debent, vti. Ob id præcipiatur laicis, quatenus in vase mundo aquam quæ in vigiliis Paschæ Pentecostes benedicetur diligenter custodiant. Quatamen deficiente, alia aqua elementari & communi vtantur, non compositio & artificiosa.

Caveant pater & mater infantem baptifare si alius quispiam adsit. Sed & laudabilius si adsit sacerdos, aut quispiam ordinatus, quibus presentibus, laicus baptifare non præsumat, neque indoctus, docto presente, fœmina coram masculo Monedi sunt itaque parentes, vt statim paruulos ad Ecclesiam deferrı procurent, vt baptifentur, ne in illud euangelicum iincident nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei: Ioan.3. dum expectatur qui sunt paruulum leuaruri.

Baptisandum tres ad summum patrini leuare debent, qui sint ad minus decem annorum, sana mentis, & de quibus certò

constat, aut saltē verisimile sit quod fidei rudimenta intelligent, neque religiosos suscipi censemus, qui claustrorum silentiū professi sunt: neque excommunicatos, vel de fide suspectos. Susceptores autem monebuntur à sacerdote (peractis baptismi solemnījs) videant attentiuè quid ipsi baptisati fideiussores promiserint, se apud deū & Ecclesiam pro ipso facturos quando ad meliores annos peruerterit. Quod nomine infantis se in deum patrem &c. credere, baptismum petere, diabolo, & eius operibus, pompisque abrenunciare. Vnde eius instructionem ac salutem curare obligantur quæ leuant ex sacro fonte, potissimum verò neglexerint parentes aut de fide suspecti fuerint.

Si iam loquentem & quidpiam intelligentem baptisari contigerit: tunc ad Ecclesiam veniens si interrogatus, an baptisari velit: responderit volo: ante omnia debet eum sacerdos Cathechisare, & cum instructus fuerit, ad exorcismum venendum est, cæteraque per ordinem, prout in manuali habentur.

Si infantem in ædibus priuatis baptisetur (hoc necessitate ineuitabili cogente fiat) non secus, & cum primum possibile

erit ad Ecclesiam parochialem deferatur, solemnitates cæremoniásque baptismi suscepturus. Interrogérque Ecclesiæ minister, an infans sit baptisatus, modum quærat, materiam, formamque, ut si quid dubij repererit, infantem sub conditione baptiset, hoc modo. Si tu es baptisatus, non intendo te iterum baptisare: Si autem non es baptisatus, ego baptiso te, in nomine Patris, & filij, & spiritus sancti.

Statuimus clavos ferreos super fontes baptismales ab Ecclesiæ procuratoribus apponi acutos, ne ibi populus sedere possit, vel etiam cubitis inniti, sic enim sacra quasi prophana ludibrio habentur.

* *De Confirmatione.*



Confirmationis sacramentum, est vñctio facta in fronte in modum crucis cum Chrismate, & oleo olivarum, & balsamo simul mixtis sub hac verborum forma, signo te signaculo crucis, & confirmo te Chrismate salutis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Ex qua definitione clare habetur quæ sit huius sacramenti materia, quæ sit

forma, quis minister. Materia, est ipsum oleum, quod nonobstante mixtione, datur Chrisma, quia à solis episcopis consecratur. Forma autem, hæc verba sunt. Consigno te signo crucis, &c. Minister, solus Episcopus.

Confirmatio, sacramentum est pugnantium de cuius substantia sex considerari possunt. Duo ex parte sacramenti in se materia (scilicet) Chrismatis, & forma verborum. Duo ex parte ministri, dignitas, scilicet Pontificalis, & intentio debita. Duo vero ex parte suscipientis, frons (scilicet) in qua debet fieri vñctio: & quod confirmandus sit prius baptisatus.

Vñctio Chrismatis triplex in tribus sacramentis consideratur, quorum diversitas ex fine dependet. In baptismō, fit in capitis vertice, ad signandum fidei susceptionem: vertex enim, locus est cellulæ rationalis. In Confirmationē, fit in fronte ad significandum confessionis Christianæ audaciam, cuius alioquin impedimentum est timor, & verecundia, quæ specialiter pallore manifestatur, vel frontis rubore, ex cellulæ imaginalis propinquitate. In ordine, Chrismatis vñctio in

manibus fieri solet, ad significandam potestatem consecrandi dominici corporis sacramentum.

Doceant Ecclesiarum rectores omnes, tam viros, quam mulieres usum rationis habentes, teneri hoc sacramentum suscipere, si adsit facultas, alioquin non tenentur, si vero id facere neglexerint, peccant. At si contempserint, grauius peccatum incurunt.

Qui hoc sacramentum suscipiunt, confessi esse debent, ut simul cum sacramento, rem sacramenti (id est gratiam spiritus sancti) suscipiant, quae in animam malevolam introire non solet, neque in corpore subdito peccatis habitare.

Huius sacramenti multiplex est utilitas. Primo gratiam in baptismo datam confirmat, de qua regius Psaltes. Confirmat Deus, quod operatus es in nobis. Psal. 67. Ad militiam spiritalem tum preparat: unde Christus Petro dicebat, rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, Lucæ 22. Sed & confirmandi tanquam pugnaturi pugiles, inunguntur, ne ab inimicis de facili terreantur. Et quia omnes Christiani, pro Christi nomine semper pugnare de-

bent, debent & hoc sacramentum ad hoc validum accipere, ut facilius contra diabolum, mundum, & carnem, pugnare valeant.

Ad constantem Christi nominis confessionem animat confirmatio, quæ Deum verum & hominem verum profitetur, Deum (inquam) patri & spiritui sancto æqualem, hominem vero patre minorem, nimirum qui ab Angelis minoratus est, ut crucis perferret supplicium. Primum horum in forma verborum apparet, quæ personarum exprimit trinitatem. Secundum autem claret, in crucis signaculo, quod in fronte exprimitur.

Confirmationis sacramentum, intus & extra spirituali decore nos exornat. Intus, per conscientiæ puritatem, extra, per bonæ famæ odorem. Quæ duo in Chrismate signantur, quod ex oleo conficitur & balsamo.

In bonis tum agendis, & malis preferendis roborat maximè confirmationis sacramentum. Datur enim ad robur spiritus sanctus, redde mihi lætitiam salutaris tui (dicebat propheta) & spiritu principali confirma me. Psal 50.

Animam armat & corpus, Confirmatio,

STATUT. SYNOD.

animam (inquam) per characteris impressionem, contra pusillanimitatis vitium. Corpus vero, per crucis signaculum contra dæmonum insultus. Pugnantem, generosè coronat, quod designatur in vita, quę circa caput confirmati ligatur. Per hoc sacramentum pleni Christiani fiunt fideles.

Sacramentorum dignitas se habet, ut excedens & excessum. Nam Eucharistia præeminet in esse: Baptismus, in effectu. Matrimonium, in mysterio, quia Christi, & Ecclesiæ coniunctionem significat. Confirmationis præminet in dignitate ministri, quia nisi ab Episcopo conferri potest. Pœnitentia, in frequenti peccatorum remissione. Ordo, in potestate. Extrema vñctio, in peccatorum venialium remissione.

Hoc confirmationis sacramentum, primi patres, cum scriptura, manuum impositionem dixerunt, quodque magna cum veneratione ab omnibus Christianis suscipiendum, vt pote, in quo spiritu sancti gratia suscipitur (sacro testante Aurelianensi consilio) statuerint. Et quamuis continuo ab hoc seculo transituris sufficient regeneracionis beneficia: vieturis tamen sunt propria confirmationis auxilia.

Quædam

Quædam sunt circa confirmationem de congruitate & bene esse tantum, non de esse sacramenti, quod ieunis à ieuno detur, quod per aliquem ipsi Episcopo præsentetur, qui etiam patrinus efficitur. Et quod viा capiti circunligetur, dum autem suscipitur, confirmati nomen ab Episcopo potest mutari, si confirmatus requirat, modo tamen fraus absit & dolus.

Ad hoc sacramentum accedant qui sunt in aliquo statu discretionis & cognitionis, confessi & contriti, qui sciant Symbolum & præcepta decalogi, & in his (prout ætatis imbecillitas ferre poterit) instructi.

Confirmati, bendeddos seu vitas per viginti quatuor horas gerant ad minus, quibus clapsis ad Ecclesiam pergant, cunctaque prædictas vitas sibi per sacerdotem amoueri, qui locum in quo Chrismate liniti fuerint sale tergat, & aqua, quæque in piscinam aut terram sanctam fodiantur, ne pedibus cōculcari possint. Bendeddi autem igne comburantur, & eorum cineres, in prædictis locis reponantur.

Quod inter septem nouę legis sacramenta, Confirmatio habeatur, ex Tridentino.

consilio sessione S. titulo de sacramentis
cano. i. Si quis dixerit sacramenta nouæ
legis non fuisse omnia à domino nostro
Iesu christo instituta, aut plura esse, aut pau-
ciora quam septem videlicet, Baptismus,
Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia;
Extrema vñctio, ordo, & matrimonium, aut
etiam quodlibet horum septem non esse
verè aut propriæ sacramentum Anathema
sit. Quod etiam habetur de consecrat. di-
stinct. 4. c. de his.

De sacramento Eucharistia.

Eucharistia iuxta vocabuli ety-
mologiam, est sacramentum
bonæ gratiæ & charitatis, tam
diuinæ quam humanæ (id est)
nostræ. Quia in hoc sacra-
mento, magnæ dilectionis Deus nobis signum
ostendit, ac nostræ dilectionis affectum
per idem sacramentum, specialiter erga se
inflammavit. Et quia sub panis & viñ
speciebus consecratis est Christus, qui est
author gratiæ & charitatis amator, & di-
gnè se recipientibus in hoc sacramento,
bonam optimamque dat gratiam. Sequi-
tur quod species sacramentales panis & vini

ipsum continentēs, Eucharistia dicuntur.

De substantia huius sacramenti sunt quatuor. Primum, quod consecrans, actu sit sacerdos. Secundum, species panis & vihi. Tertium, intentio consecrantis. Quartum est forma verborum. Hoc est corpus meum, super panem: Hic est enim calix sanguinis, &c. super calicem.

Circa intentionem considerandum, quod ab intentione differt, quia semper est necessaria intentio, vel specialis, vel generalis. Attentio autem, non est de substantia, sicut quando mens ad aliquid aliud rapitur, in verborū prolatione: Quod quandōque ex infirmitate seu imbecillitate cōtingit: quandōque ex negligentia vel incuria & tunc peccat sacerdos, non tamen consecrare definit modo intentionem Ecclesiæ generalem habuerit, facere (scilicet) quod Ecclesia facit.

Intentio autem consecrantis non sufficit, sed & istud sacramentum instituentis (id est) Christi, vnde si aliquis sacerdos stas in foro, super omnes panes formam verborum proferet (etiam cum intentione consecrandi) non propterea consecraret, nec transsubstantiatio fieret, nec quidem propter defectum virtutis verborum, cum

vna vice possit sacerdos vnuſ, tot hostias consecrare, quod toti mundo sufficerent (ſi eſſet Ecclesiæ neceſſarium) ſed propter intentionis Chriſti defectum, qui cum hoc sacramentū iſtituerit, non intendit quod cum tali ludibrio vel ſtultitia, confeſratio ſui corporis fiat, ſed pro Ecclesiæ utilitate, & neceſſitate.

Circa formam quoque verborum quemquā errare nolumus. Sciant itaque hanc Ecclesiæ formam nullo modo eſſe mutantam. Hoc eſt enim corpus meum. Et quam uis iſta coniunctio rationalis enim, non ſcit de ipta formæ ſubſtantia, eſt tamen de bene eſſe iſpius, nec omitti debet. Aliud namque eſt forma neceſſaria ſine qua trāſ-ſubſtantatio fieri non potest. Aliud forma debita, ſine qua fieri non debet. Idem de panis & vini ſpeciebus ſentiendum. Vnde notandum quod Eucharistiæ materia, alia eſt neceſſaria, alia verò debita. Materia Eucharistiæ eſt panis frumentarius, ſine quo fieri confeſſio non potest. Materia verò debita, eſt panis azimus: quia licet in fermentato poſſet confici, fieri tamen non debet dupliſi de cauſa. Prima eſt, quia panis azimus iſtitutioni conuenit, quæ Matth. habetur 26. Prima autem die

azimorum, &c. vbi claret Christum corpus suum dedisse in tali materia confectum,

Secunda est, quia azimus propriè significato conuenit, Christus enim sine omni fermento peccati fuit, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 1. Petr. 2. Idem dicendum est de materia calicis, quia alia necessaria est, alia verò debita. Materia necessaria, est vinum, quia sanguis Christi in alia materia confici non potest. Materia verò debita, est quod aquavino misceatur: & hoc dupli ratione. Prima, quia talis materia institutioni conuenit. Secunda, quia talis materia etiam significato conuenit: quia Ecclesia quæ per aquam significatur, Christo per fidem & charitatem iungitur. Vnde Cyprianus, si solum infundis vinum in calicem, tunc Christus sine populo est, cum populus multus, & aquæ multæ sint. Si autem solam infundis aquam, tunc populus sine Christo est. In aceto autem, & agresta, non conficitur Christi sanguis, quia acetum non est vinum, sed fuit: nec agresta vinum est, sed erit.

Caveat huius sacramenti ministri, ne multum aquæ vino immisceant, ita quod ab aquæ abundantia, vinum absorberi possit, tunc

enim consecratio non fieret, propter materiae defectum.

Circa Eucharistiam tria consideranda sunt. Sacramentum tantum, ut species panis & vini, visibiles: res tantum, ut corpus Christi mysticum: res & sacramentum, verum Christi corpus quod de ventre traxit virgineo. Sub utraque specie, totus Christus, in diuisus est, scilicet, corpus, anima, & Deus sub specie panis est corpus Christi per conuersionem. Anima per coniunctionem, & diuinitas, per unionem. Ista enim quatuor diuidi non possunt, nec ab inuicem separari. Idem de sanguine dicendum.

In hoc sacramento, Christus sic in tota specie, totus est, quod & in qualibet speciei parte, nec est ibi circumscriptus vel locum occupans, vel situm habens, vel sub sensum corporeum cadens. Exemplum habemus in speculo, quod si in multas partes diuidatur, in qualibet parte imago apparet quæ prius in integro apparebat. Sic de sermone, hostia in tres partes frangitur propter multas rationes. Primo, propter tres personas diuinas realiter distinctas in una essentia, sic sunt tres partes in diuisione hostiarum; unus tamen idemque Christus

est, secundo propter tres status Ecclesiæ triumphantium, militantium, & patientum (id est) purgatorio existentium. Tertio propter tres status, in quibus fuit Christus. Fuit enim mortalis in mundo, mortuus in sepulchro, & immortalis per resurrectionem factus. Resurgens quippe ex mortuis iam non moritur Rom. 6. Quarto diuiditur hostia, propter tres apertiones in Christi corpore, tēpore passionis, manū (scilicet) pedū, & lateris huius sacramenti.

Huius sacramenti excellentiam figuræ ostendunt, quæ in veteri testamento illud precesserunt. Nil enim aliud designauit oblatio illa panis & vini Melchisedech sacerdotis. In quam formam habemus huius sacramenti exteriorem, & primum effectum, refectionem (scilicet) in pane & vino. Sed & Eucharistia refectione est spiritualis vitæ in re. Itē figura in manna quod filijs israel pluit dominus in deserto: in quo gratiæ effectus huius sacramenti figurabatur. Exod. 16. Item in aqua Paschali, in quo per liberationem ab Ægyptiorum seruitute, significabatur liberatio populi Christiani à seruitute diaboli, mundi, & carnis. Item in hostia quæ pro reconciliatione Dei & populi fiebat. Tum in

Dei & populi siebat. Tum in victima, quæ pro peccatorum satisfactione offerebatur. Item oblatione mānæ de quo scribitur Iudicium 13. in figura Ionathæ mellitæ, &c.

Huius sacramenti dignitas & excellētia in multis appareat. Primo quia tam ante legem, quām in lege fuit præfiguratum (vt supra ostēsum est.) Secūdo quia fuit à prophetis prænuntiatum. Panē cœli dedit eis, panem Angelorū manducauit homo. Psal. 77. præteritum pro futuro, prophetali certitudine. Tertio quia à Christo promissum Ioan. 6. Panis quem ego dabo, &c. ab eodē institutum. Matth. 26. Accepit panem, & gratias agens benedixit, &c. ab eodem factum & datum, accipite & manducate, hoc est enim corpus meum. Quarto, ab Apostolis, obseruatum, qui erant vnanimiter perseuerantes, in oratione & communione fractionis panis. Act. Quinto, ab ipsis ordinatum, conuenientibus vobis in vnum, &c. Nunquid domes non habetis, &c. Ego enim accepi à Domino, &c. i. Cor. ii. Sexto, quia à summis Pōtificibus solemnizatum, qui tantum Ecclesiasticum locum, orationes, tempus, vestimenta, & vasa sacra ordinauerunt, omnia ad huius sacramenti ordinatum & decorem.

*De mirabilibus quæ sunt in sacra-
mento Eucharistiæ.*



Rimum mirabile, quia ibi corpus Christi est in eadem quantitate, qua fuit in cruce, & est in cœlo, non tamen modo quantitatiuo, nec propterea terminos illius formæ excedit. Secundum mirabile est, quod in hoc sacramento accidentia remanent absque subiecto (ut fides locum habeat inq. Thomas.) Tertium mirabile est, quod tota panis substantia in totum Christi corpus conuertitur, quæ tamē panis substantia, non est corporis Christi materia, nec propterea annichillatur. Quartum mirabile est, quod corpus Christi non augetur ex multarū hostiarū consecratione, nec minuitur ex earundem sumptione. Quintum quod idem corpus, pluribus in locis est sub omnibus hostiis consecratis. Sextum est quod diuiditur hostia, nec tamen corpus Christi diuiditur, sed sub qualibet parte totus & integer est Christus. Septimum est, quod quando tenetur hostia manibus, & oculis videtur, non tamen Christi corpus per se tangitur, aut videtur. Aliud enim videtur (species panis & vini scilicet) & aliud continetur,

scilicet corpus Christi. Octauum mirabile est, quod cum defint formæ seu species, tunc etiam definit esse ibi corpus Christi. Nonum est, quod cum remaneat ibi panis & vini substantia, ipsa tamen accidentia eundem effectum habent, quam habebant prius satiare scilicet & inebriare, &c.

Notandum quod esse vbique simpliciter & propriè, ipsi Deo conuenit, creature autem tantum in uno loco esse. At Christi corpus medio se habet modo. Cum enim sit creaturæ, creatori æquari non debet in hoc quod sit vbique. Cum vero sit deitati vnitum, in hoc alia corpora excellere debet, ut simul & semel in pluribus locis esse possit, in hoc scilicet sacramento, nimirtum spiritualizatum (id est) spiritu agilitate, impassibilitate, claritate, &cæt. dotatum.

Corpus Christi verum ac reale in hoc sacramento sub speciebus panis & vini esse, neque sensu percipitur, neque naturali ratione deprehendi potest, sed sola fide. Et si sensus deficit (inquit Thomas) sola fides sufficit. Quomodo autem hoc fiat, videntur est, potest esse aliquid in aliquo loco multipliciter. Primò, per loci mutationem, & tunc definit esse in loco, in quo erat prius. Secundo, aliquid incipit esse in

aliquo loco per generationem quæ fit ab agente naturali, cum de potentia materiæ, forma educitur, quam præsupponit tanquam generationis subiectum. Tertio, per alterationem, quæ est formæ accidentalis acquisitionis (supposita substantia.) Quarto, per creationem, quæ ex nihilo fit, nec naturali virtute fieri potest quando (scilicet) aliquid in loco creatur. Quinto, per operationem, & sic Angeli esse incipiunt in loco, quando in illo operari incipiunt. Sexto, aliquid incipit esse in aliquo loco, per transsubstantiationem, quæ fit quando vna tota substantia, ex materia & forma compœsita, in aliam conuertitur manentibus primæ substantiæ, accidentibus) sub quibus prima remota substantia, succedit alia loco illius, sub eisdem accidentibus. Quæ mutatio seu conuersio vnius substantiæ in aliam, speciali nomine transsubstantiatio propriè dicitur. His suppositis, certum est corpus Christi localiter, & circumscripsiè, hoc est secundum proprias dimensiones loco respondentes, est in cœlo empyreo ubi ad Dei patris dexteram sed & (id est) quieticit, in potioribus bonis & meliori loco. Sed in hoc sacramento, non est in loco

circumscripsiù, quia omne locatum, est in loco, secundum modum suæ quantitatis dimensiæ: in quantum (scilicet) commensuratur siue æquatur loco, per suam quantitatem dimensiæ.

Sed corpus Christi non commensuratur sacramento secundum modum suæ quantitatis dimensiæ, cum sit maior ipsa sacramenti quantitate, sed est in loco per modum substantiæ, siue eo modo, quo substantia commensuratur dimensionibus, succedit enim substantiæ panis, quæ desit ibi esse. Vnde sicut substantia panis secundum se, subsuis dimensionibus non erat localiter, sed per modum substantiæ, ita nec substantia corporis Christi. Non tamen substantia corporis Christi est subiectum illarum dimensionum, sicut erat substantia panis. Et ideo corpus Christi nullo modo est in sacramento localiter, nec per consecrationem mutat locum, nec per hoc quod est in sacramento, realiter, corporaliter, & substantiæ, desinit esse in cœlo. Non ergo corpus Christi est in hoc sacramento per creationem (cum prius (fuerit) nec per generationem, cum tota substantia) scilicet materia & forma, immo & ipsum compositum, ibi inci-

piat esse, sed per transsubstantiationem.

Notandum insuper, triplicem esse rerum mutationem, vna artificialis est ut quando fit vitrum de cineribus. Alia naturalis, quæ duplex est, scilicet accidentalis, & substancialis. Accidentalis est, quando idem subiectum manet, sub diuersis accidentibus sibi inuicem succendentibus. Substantialis, est quando eadem materia sub diuersis formis manet substancialibus, sicut patet in elementorum transmutatione adinuicem. Tertia est mutatio supernaturalis, quando nec materia, nec materiæ subiectum, sed tantum accidentia sine subiecto manent, quæ in hoc sacramento locum habet: qua de re plura loqui non est nostri instituti. Docceant suos Ecclesiarum rectores huius sacramenti excellentiam, vt pote quod est effectu, cæteris præponendum sacramentis, in quo gratia confertur, charitas, & ceteræ virtutes augentur, omnia charismatum dona largiuntur venialia, mortaliaque oblita remittuntur, anima spiritualiter reficitur, sed & impingatur & inebriatur, (dicente propheta) calix meus inebrias quam præclarus est. Psal. 22.

Discant tria in hoc sacramento necessaria, materiam primum & formam de quibus supra dictum est. Secundum potestatem in ministro & authoritatem consecrare volente, tertium ut intentione habeat, de qua etiam supra diximus.

Legant diligenter quae in missalibus continentur de difficultatibus circa hoc sacramentum, & missæ officium, ut sciat unusquisque quid pro officij ratione praestare debeat, ne aliquando incautus erret, ad suā ipsius perniciem, & Ecclesiæ scandalum, quod summopere vitandum duximus.

Nullus in oratorijs priuatis celebret, nisi de nostra, aut vicariorum licentia, in dominibus autem prophanis nullus celebrare presumat, nisi à nobis, aut vicarijs nostris prius necessitate cognita, & licentia concessa (etiam cuiuscunque dispensatione praetextu) ne vituperetur ministerium nostrum, tantumque habeatur ludibrio mysterium. can. sint, can. nullus, de consecratione, distinct. i.

Vbi ad infirmos corpus Christi deferendum est, sacerdos delatus, confiteatur prius, manus lauet, induat supplicium, & stolam superponat, incedensque cum honestate, reverentia & tremore (quippe qui

ad ardente[m] rubrum accedit) orationes ad Deum fundat, tam eundo, quām redeundo, à cunctis vanis sermonibus abstinentes; lumine præcedente, & campana ante eum pulsante, vt audiens populus, debitam creatori ac salvatori exhibeat reuerentiam.

Omnibus autem Christi fidelibus, qui deuotione & reuerentia sacerdotem corpus Christi deferentem concomitabuntur quadraginta dies indulgentiarum impartimur, tam eundo quām redeundo, quotiens corpus Christi ad infirmos deferrи continget, etiam si (propter periculum) dominum infirmi non ingrediantur. Et hoc populo frequenter à sacerdote nuntietur: vt ad id honoris corpori Christi præstantum, & indulgentias acquirendas paratores sint.

Sacerdos qui ad infirmum corpus Christi deferet: duas ad minus hostias portet, ne sine Christi corpore rediens, in periculum idolatriæ populum inducat, hoc autē præcipue in ciuitate Aurelianensi, in urbibus, & pagis.

Statuimus vt sacerdos qui infirmum visitauerit, de salute sua (omni metu depulso) & sine aliquo fuco, illum admoneat, ad

pœnitentiæ & eucharistiæ sacramenta suscipienda, quibuscumque persuasionibus poterit, prouocet: & vtilitates quæ ex sacramentorū susceptione proueniunt, tum spe æternæ beatitudinis, tum futuræ, damnationis metu, propōnat cum discretione tamen, & fraterna consolatione. Doceat hinc huiusmodi transitorias aduersitates fortiter esse tollerandas, vanasque animi perturbationes resecadas, & hoc Dei amore ac timore, qui quos amat, castigat. Doceat non condignas esse passiones huius seculi, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, neque posse esse consolacionum participem, qui passionum expers fuerit.

Si post Sacramenti eucharistiæ susceptionem, infirmum euomere contigerit, videat sacramenti minister, aut rursus speciem sacramentalem ab eodem infirmo sumi, vel ab ipso sacerdote (si fieri possit) alioquin in vase mundo inter sacras reliquas reponatur reuerentur custodienda, eradiceturque locus super quem cæciderit, & quod rasum furcit in terra sancta fodiat, aut si super linterlum, igne comburatur. Quod si infirmus conualeserit, pœnitentia ei imponatur eo quod in tali statu constitutus

stitutus corpus Christi postularit.

Diebus dominicis, annualibus, & festis diuæ mariæ virginis, nemo audeat in parochiali Ecclesia (nisi de rectoris permissione) missam celebrare, nisi prono prius facto, ne populus ab assistantia diuini officij, à salutaribus Curati monitis præpediatur.

Ad quod missæ sacramentum, sacerdos prius contritus & confessus, dignè celebrandum deuotè accedat si sacerdotis copiam habuerit, aut scandalum populo non immineat. Vbi autem scandalum imminaret, mentaliter saltem cōfiteatur, cum vocaliter tempore congruo confitendi proposito, sitque iciunus, etiam naturæ iciuniō: caueátque post sumptem medicinam celebrare, & post meridiem.

Et quia honestas exterior, quandam interiore denotat munditiem, cum omni humilitate, honestate, grauitate decenti habitu, ac vestitu, sacerdos ad altare accedat, decantatis prius canonicis, ac diuæ mariæ horis, saltem ad tertiam usque exclusiue.

Curet summopere sacerdos ut quantum fieri potest munda sint omnia, panis, vinū, aqua, altare, corporalia, mappullæ, vestes,

& quicquid ad tantum digne celebrādum ministerium potest requiri.

Ipsa canonis verba ,aperte, distincte, ac sinceræ deuotionis feruore proferat , ea vero maximè quæ à Theologis essentialia dicuntur,(id est) in quibus sacramenti virtus cōsistit,totumque missæ officium legat in libro(quantumcunque sit in hoc instruētus) ne fallente memoria erret.

Calix cum patina sit aureus, argenteus, aut saltem stanneus(non alio metallo) integer, & mundus, qui (missa peracta) linteo sericeo aut saltem lineo tergatur honesteque inuoluatur.

In qualibet parochiali Ecclesia sacramentum habeatur , in quo Eucharistia mundè ac honeste recondatur,& clave obseruatur tam ad populi deuotionem & cultum,intrantis Ecclesiam , quam ad necessitatem infirmorum subleuandam: Sed & tantum curent in loco eminenti sacramentum custodire , vt qui Ecclesiam oraturi intrauerint fideles, illic oculos dirigant.

Hostiæ quæ ad infirmorum usum, & ad populi Christiani cultum in Ecclesijs conservuantur , singulis quindecim diebus renouentur,nec ultra differatur: Caveatque sacerdos ne ante consecrationem ita ho-

stiam eleuet, ut ad idololatriam populum inducat, nèue loco panis benedicti, hostię dentur, (etiam non consecratę) sed panis sua forma benedicatur & populo detur.

Sacerdos plures hostias consecratus, intentionem suam super omnes hostias super corporali appositas dirigat attentius non autem ad certum numerum.

Sed & hostias consecratas ita sufficienti numero curet habere, ut omnibus sufficiat tam sanis quam infirmis: magnæ etenim culpæ reus esset Ecclesiæ rector per cuius negligentiam aut incuriam ex hoc seculo trāsiret Christianus, sine hoc viatico, modo illud petierit.

Doceant Ecclesiarum rectores, omnes fideles, ex Ecclesiæ sancta constitutione semel in anno ad minus, die Paschæ (videlicet) teneri pœnitentes & actualiter confessi, summa reverentia & singulari deuotione, hoc sacramentum suscipere. Pium tamen esse & Christianum frequentius, & maximè singulis annualibus festis, communicare.

Ab huiusmodi autem sacramenti susceptione arceantur omnes heretici, schismati ci, excommunicati, & alij huiusmodi homines à corpore & vnitate Ecclesiæ nota-

riè præcisi, qui in malitia sua perdurant.

Tum furiosi perpetuo furore, mente capti, infantes & pueri, qui nundum ad annos discretionis peruerterint. Qua in re sedulo examinanda, & diligent inquisitione facienda, sub diuini iudicij obtestatione, curatorum conscientias, parentum, ac diuinorum oneramus.

Arceantur præterea à cōmunione, quos notoriè constat, in manifesto & publico esse peccato ut usurarii & meretrices publicæ nisi emendationis vitæ signa præse ferant certissima. Secus autem, si eorum peccatum sit occultum, seque publicè, presentent, ad evitandum scandalum. Hoc enim casu neganda non est illis cōmunione: etiam si constaret curato eos esse in peccato. Et hoc Christi exemplo, qui Iudæ quæ sciebat proditorem, corpus suum sicut cæteris apostolis communicauit. Faciat tamè curatus quod poterit, ut eos ad Pœnitentiā reducat.

Aduenæ & alienigenæ ad communio nem non recipiantur, nisi prius literas certificatorias à suis Curatis ostenderint, quibus nullum eos excommunicationis incurrisse vinculum certò constet, neque hæreſeos labe confectos. De peregrinis

verò supra diximus.

Nullus bis in die celebrare præsumat(die natalis domino dempto) neque ante auroram diei celebrare permittimus(nisi necessitate urgente) quam nostra aut vicariorum nostrorum permissio expressè continebit.

De sacramento Pœnitentiae.

Pœnitentia secundum Ambro. & August. est præterita peccata plâgere, & plangenda iterum non committere est de peccatis commissis dolere, & à futuris cauere & secundum Gregorium est anteacta mala, & peccata flere & iterum non committere. Quibus definitionibus, pater pœnitentiam per actum dupplicem definiri, per præteritum (scilicet mala peracta plangere, & per futurū, plangenda iterum non committere. Primus actus in re, secundus in proposito cōsistit. Pœnitentia duplex, interior quæ est de iure naturali & exterior quæ fit ad arbitrium hominis. Prima non est sacramentum: non enim Pœnitentia per se suscepta, sacramentū propriè dicitur Ecclesiæ, cum talis etiam ante baptismum fieri

possit. Sed illa Pœnitentia que est Ecclesiæ per ministros iniuncta & facta, sacramentum est vnde à quibusdam sic Pœnitentiæ sacramentum definitur. Pœnitentia est hominis pœnitentis, à sacerdote proprio certis verbis facta absolutio, cum debita intentione prolatis. Et secundum magistrum sententiarum, Pœnitentia est virtus quia commissa mala cum emendationis proposito plágimus & odimus, & plangenda ulterius committere nolumus 4. sententiarum.

Vt quamvis quæ ad sacramentum Pœnitentiæ pertinent plenissimè sunt in sacris conciliorum canonibus, ac plerisque decretalibus Epistolis fusissimè exarata, nec non pluribus doctissimorum Theologorū tractatibus explanata, ex quibus mediciter etiam eruditi facile possunt instrui: nihilominus ad subditorum nostrorum utilitatē, qua potuimus facilitate, de his quæ frequentius occurrunt, & in quibus peccatur plurimum, aliqua statuere constitui- mus.

Pœnitentia per apostolè à diuo Hier. secunda post naufragium tabula dicitur, quæ est nō minus viatori necessaria, quam ab initio baptismus. Nam gratia & virtutes in

baptismo infusæ, per peccatum semel deperditæ, hoc pœnitentiæ remedio recuperantur, nimirum quo bona opera per culpam superuenientem mortificata, reuiuiscunt, & quasi renascuntur. Noua huic gratia confertur, & peccator non semel quidem, sed quoties ingemuerit, domino reconciliatur.

Nec iusti nomen amittit (inquit Hieronimus) qui cum ceciderit, per Pœnitentiā resurgit. Ad quam voce euangelica vocamur. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum Matth.

Tres sunt Pœnitentiæ partes, cordis contritio, oris confessio & operis satisfactio. Sicut enim voluntate verbo, & opere, deū offendimus, ita contritione, confessione, & satisfactione placamus & veniam impetramus. Et quamuis de omnibus peccatis sit necessaria contritio, confessio satisfactio, sola tamē peccatorum detestatione cum proposito confitendi, & satisfacendi, loco & tempore oportunis, omnia peccata delentur (dicente propheta) Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiam meā dominō, & tu remisisti impietatem peccati mei. Sed & leprosi facti sunt sani, priusquā ad sacerdotē peruenissent. Vnde salubr-

rimum erit consilium, singulis dominicis,
 & festis diebus, vel saltem annualibus sa-
 cerdoti confiteri: alijs autem diebus, seip-
 sum colligere, propriam conscientiam di-
 ligenter examinare, singula peccata discu-
 tere, eaque mentaliter coram deo effun-
 dere, cum postea sacramentaliter confi-
 tendi proposito.

Omnis Christianus fidelis mortale sen-
 tiens in se peccatum, ad confessionem sa-
 cramentalem tenetur, si confiteri possit, que
 confessio soli sacerdoti (non laico quantum
 cumque sancto) faciendi (necessitate non
 obstante) nam in tali necessitatis casu, suf-
 ficit contritio, cum proposito confitendi
 &c. ut supradictum est. Sacerdos claves
 habet, non laicus.

Prohibemus ne quis sacerdos ad audiē-
 das laicorum confessiones accedat, nisi qui
 decalogi præcepta, articulos fidei, septem
 peccata mortalia, eorum grauitatem cir-
 cūstantias, virtutesque illis contrarias in-
 telleixerit, ac memoria tenuerit, sitque ta-
 lis qui inter lepram & non lepram iudica-
 re possit: Consideretque attentius, quod
 ipse in tam arduo metuendoque negotio,
 iudex est cum potestate absoluendi verē
 pœnitentes, & ligandi imponitentes con-

stitutus.

Priusquam quis absoluendi habeat, plura requiruntur. Primum, clauium potestas quam ex promotione ad sacerdotium cōsequitur sacerdos: qui solus in foro pœnitentiali absoluere potest. Secundo, requiritur quod illa potestas sit libera, (videlicet) quod sacerdos exercitum potestatis habeat. Vnde suspēsus à diuinis absoluere non potest. Tertio requiritur debita materia, (videlicet) quod suum subditum absoluat, (non enim parochianum alienum absoluere potest nisi de proprii curati consensu) itaque ne quando quis in hoc turpiter erret, distictè prohibemus, ne quis alienum parochianum absoluere attentet, nisi necessitatis casu. Et si eum in cōfessione audierit, instructionis gratia, remittat eum ad proprium sacerdotem absoluendum.

Proprium sacerdotum dicimus, Pontificem summum, Episcopum, vicarios illius, curatum & eius vicarium, & generaliter omnes sacerdotes à prædictis legitime deputatos. Alij autem omnes qui eorum loco non vocati nec deputati conantur absoluere nō subditos, seipsoſ & illos decipiunt quippe falcam in messem alienam mit-

tentes.

Nos itaque animarum periculos consulere cupientes, omnes & singulos nostros subditos scire volumus, quod illi soli fratres mendicantes, absoluendi habent potestatem, qui per suos superiores nobis præsentati fuerunt, & à nobis probati, secundum clemētinam, dudum, de sepulturis. Itaq; qui vult religioso cōfiteri: videat prius vitrum sit de numero eorum quos approbavimus, aliās sciat se non esse absolutum, ac maturius ad proprium sacerdotum perget.

Confessiones, in Ecclesiæ loco honesto & conuenienti sacerdos audiat (nisi neceſſitate urgente) veste decenti, non expectorata, aut emanicata, cum suppellicio ac calmucio (vulgo domino nuncupato) induitus, quod calmutium, ab omnibus Ecclesiarum rectoribus deferri statuimus, maximè in suis Ecclesijs.

Abstineat sacerdos qui cōfessiones audit ab omni risu, gestu indecenti, atque tumultu: quo quid confitens dicat ab astatibus in Ecclesia possit vel etiam suspicari: Sed patienter ac benigne peccata confitentis audiat, & diligenter inquirat. Vultum confitentis, maximè mulieris aspicere

non præsumat, imouerò ne ab aliis videatur quantumcunque poterit, efficiat.

Caveat sacerdos iuuenes puellas, nec nō vxoratas, non accusantes seipſas de vitio carnis interrogare, & aliis inusitatis peccatis, nifi à longe & per remotas ac generales circumstantias, & omni discretione seruata, ne dum nimia diligentia eis vitia suggerit (quæ ad huc ignorant) fiat, pro sacerdote Christi instrumentum diaboli.

Omni iure sacerdos confessionem reuelans grauiter peccat grauiterque venit puniendus, quia famam proximi demigrat, peccatores à sacramento pœnitentiæ deterrit, fidem quam confitenti habet, violat, & contra Ecclesiæ præceptum formaliter agit. Caveat itaque sacerdotes, ne verbo, scripto, nutu, aut alia quacunque via, quipiam reuelent. Si quis contra fecisse fuerit deprehensus, in perpetuos carceres, ad agendum pœnitentiam detrudatur.

Caveant præcipue ne à confitentibus eorum nomina cum quibus peccauerint inquirant: sed de peccatorum circumstantijs inquirere cōtenti sint, pondus delicti augentibus, quo facilius remedia præstare valeant furem, raptorem, sacrilegum, vſutarium, fraudatorem, qui fatetur rem pro-

STATVR. SYNOD.

ximi mala fide retinere, non absoluāt, nisi bona fide pollicetur se omnia restituturū, vbi primum poterit, damnum passo, vel eius heredi. Si autem non appareat, aut inuenire sit impossibile, eum cui debet fieri restitutio, tunc in pios vsus conuertatur, ad sacerdotis arbitrium confessionem audiētis, vel ad nos seu vicarios nostros defera-
tur, vt maturo consilio piis rebus impen-
datur. Prohibemus autem, ne ipsi confes-
sores aliquid eorum, in usus suos conuer-
tant, vel seruitii diuini prætextu, vel alias
ne in administratione huius sacramenti,
quæ sua sunt quærere videantur.

Nunquam imponat sacerdos Pœnitentiam, per quam aliquid accipiat, vel missæ prætextu dicendæ, aut alio quocunque colore, seu directo, seu indirecto. Qui in hoc deprehensus fuerit, acerrimè castigabitur. Sciant medici & frequenter in pronis suis inotescere studeant sacerdotes, in genera-
li concilio Ecclesiae distinctè præceptum fuisse, vt vocati ad infirmos visitandos, sta-
tim illos moneant, & inducant ad medi-
cos animarum vocandos, vt præmissa (si-
cut par est) animæ cura securius proceda-
tur, ad animæ curationem. Si quis autem medicorum hoc neglexerit, ab ingressu

Ecclesiæ arceatur.

Priuilegiis Apostolicis & aliis, super indulgentiis, aut facultate eligendi confessorem, non credatur, nisi cum testimonialibus literis nostris, aut officialis nostri qui eas recognouerit, inueneritque omni suspicione carere.

Prohibemus ne quis sacerdos, illius mulieris audiat confessionem, cum qua peccauit, vel viri. Qui hoc fecisse fuerit deprehensus (nisi in extrema necessitate) acerbissimè castigatur.

Sacerdotibus nostræ diœcesis permittimus, ut pro arbitrio suo confessorem idoneum sibi ellegant, qui eos à peccatis confessis absoluat, dum tamen nobis & superioribus reseruata non fuerint.

De statu conditione, & vita confitentem interroget cōfessor, an sit ex eius subditis, si in sententia excommunicationis sit, si pœnitentias sibi iūnietas impleuerit, si rācores omnes proximo remiserit, à quo tempore cōfessionem fecerit, si integrum, si scienter aliquod mortale peccatum cælauerit. Ignaros & rudes benignè instruat. De peccatis statum suum concernentibus, & quæ sunt vſitata interroget, de inusitatibus autem cautè agat. Declaret in quāto sit

dæmnationis periculo, qui in aliquo peccato mortali torpescit. De circumstantiis quæ peccata aggrauare solent sedulo examinet, prudenter & discretè. Quas circumstantias sequens versus continet.

Quis, quid, ubi, quotiens, cur, quomodo, quando.

Quem omnes qui se confessionibus audiendis, immiscet scire oportet.

Moneant confessores nullum esse omitendum peccatum, imperfectam Pœnitentiā nihil pœnitenti prodesse, qui tacet peccata confiteri quorum reminiscitur: omnia debere peccata, integrè, nudè clarè, verè, sine fuso, & cum magna cordis contritione confiteri. Non enim de conuersione potest gaudere, néue in se sacramenti effectum sperare, nisi cui graue est Deum offendisse, & cui propriæ fôrtes non fœtent.

Sciant à confitentibus nonne constituerint ipsi à peccatis in posterum abstinere. *Quod si aliquis dixerit, se id facere non posse, tunc ostendatur ei periculum, in quo est inuolitus, vt pote, qui vt iumentum in stercore computruit: ita vt si nō cesset singulis diebus iejunare, & alia quæcunque bona facere, non propterea ad vitam proficiant æternam, ex quo in peccato morta-*

li, & peccandi proposito persistit. Confus-
lendum tamen illi, vt orationibus insistat,
jeiuniis & elemosinis, vt sic Deus sua gra-
tia conuertat eum à tali malo peccādi pro-
posito, non tamen absонendus est, sed be-
nignè à vitiis deterrendus.

Viri qui confitentur capite sint nudo, ge-
nibus in terram fixis, & manibus flexis.
Mulieres verò caput ad terram inclinatum
habeant, ac velatum sine aliqua pillorum
apparentia: & in summa humilitate in hoc
sacramento, se habere.

Moderatas imponant Pœnitentias, qui
confessiones audiuerint, non perduras,
aut obscuras, sed iuxta peccatorum nume-
rum, qualitatem, & recindinationem, ac
maximè secundum Pœnitentis contritionem:
ostendentem pœnitentiam esse par-
uum, neque delictis parem, sed magnam
contritionem requiri præcipue, quæ sum-
ma pœnitentia dicitur propriè. Pœniten-
tiæ publicæ ab Ecclesiæ rectoribus non im-
ponantur, sed priuatæ & occultæ. Vbi au-
tē casus exigerit imponi publicas, ad nos,
ad vicarios nostros, seu Pœnitentiarios re-
mittant. In quibus exigendis, illa seruen-
tur, quæ haetenus in nostra Ecclesia serua-
ri cōsueuerint: peccata autem propter quæ

gularis efficitur, cum aliis casibus in iure expressis.

Casus Episcopo reservati.

 Æretici, schismatici, & ab Ecclesiæ unitate diuisi, manus in personas clericorum, sine gradu, & enormi læsione iniicientes, & nisi in casibus & iure expressis. Omnes excommunicati maior excommunicatione.

Quibus autem modis, quis maiorem excommunicationem incurrat, in titulo de excommunicatis dicetur. Incendiarij Ecclesiarum, & aliorum locorum nondum publicati & denuntiati.

Violatores libertatis, vel immunitatis Ecclesiasticæ. Qui contra sacrorum canorum decreta, ac iurisdictionem Ecclesiasticam impediunt. Homicidiarij, vel qui auxilium seu fauorem homicidij perpetrandi dederint.

Qui blasphemiam in Deum execrabilēm, vel beatam virginem dixerint.

Qui in iudicio scienter penetrauerint, aut falsum tulerint testimonium.

Qui cum brutis coierint, aut maiores

audiuerint vel intellexerint, statim promotori nostro denuntient.

Et quia quædam sunt peccata, quæ sedi Apostolicæ, quædam verò, quæ nobis sunt reseruata vel ipso iure, vel laudabili patrū consuetudine, vel propter scelerum atrocitatem, quæ maturo indiget consilio, & ut aut propter pœnitentiæ grauitatem, vel etiam rubore perfusi, deinceps abstineant flagitosi, propter ignorantium eruditio-nem hîc annotare decreuimus.

Casus summo Pontifici reseruati.

 Anus iniicientes violentas in clericos, cum enormi læsione, aut in Episcopum vel propriū sacerdotem etiam citra læsionem enormem, siue per se, siue per alium, ope & consilio, vel nutu factum sit. Literas falsificantes Apostolicas, aut falsis scienter ytentes, sacrarum ædium effractores, cum speculatione actuali, vel voluntaria & incendiarij.

Incendiarij etiam aliorum locorum publicati & denuntiati. Simoniacus, siue in ordine, siue in beneficiis, & qui ministrat excommunicatus, vel suspensus, quia irre-

STATUT. SYNOD.

tantur, nisi in mortis articulo, in quo potest quisquis sacerdos quemlibet absoluere.

Si autem propter hanc, ad nos, vel vicarios, seu pœnitentiarios nostros, remissionem in prædictis casibus faciendam constet Ecclesiæ rectori, quod vel occultum delictum manifestetur, vel Pœnitens famæ detrimentum euitare non possit: Præfatis rectoribus, facultatem absoluendi concedimus ab illis casibus, mulieres vero præcipue non notorias peccatrices, sed occultas, ne grauius scandalum ob dictam remissionem subsequatur: & nihilominus iniungat ipsis, ut quamprimum poterunt opportunè & sine scando, ad vicarios & Pœnitentiarios nostros accedant.

Forma absoluendi.

Miserereatur tui omnipotens Deus & (dimissis omnibus peccatis tuis) perducat te in vitam æternam, absoluti-
nem & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus.

Dominus noster Iesus Christus qui est

quatuordecim annis in Sodomiā inciderint.

Qui in matrimonio, adulterium commiserit, vel alias contra Ecclesiæ interdictum perpetrauerint.

Qui virginem vi, aut muneribus seu persuasionibus deflorauerint, & ad malum induixerint, raptum aut incœstum commiserint.

Qui solemne votum fregerint, aut sine iusta & rationabili causa, votum commutari petierint.

Sacrilegus tum, falsarius literarum publicarum, & sigillorum authentiquorum ad Episcopum remittantur.

Sortilegi, diuinatores, & omnes qui similes artes exercet, & qui ab eis auxilium, consilium, veritatem, aut rerum occultarum cognitionem expertunt, aut illis credunt.

Abortiuum procurans, & sterilitatem, aut quorum arte, consilio, vel negligentia abortiuus nascitur, & qui partum suppedituit.

Vsurarius manifestus, vendens & ad falsas mensuras (certa scientia ac spe lucri) & ad falsa pondera, cum cæteris similibus casibus à iure expressis, ad Pontificem remit-

tonsuram ordinis sacramentum, præcedere, quia in omni trāsitu de statu ad statum, conuenienter interponitur, aliqua dispositio media. Vnde in transitu à statu laicorum ad statum ministrorū Dei, prius tonsura optimè interponitur, in qua fit aliquorum capillorum resecatio, coronæ ad instar, quia ordinandus in illius ministerium assumitur, cui seruire regnare est. Est ergo duplex signum in ordinatis distinctum exterius, tonsura, & interius, character. Dispositio congruitatis, est ipsa tonsura ad ordinem, non necessitatis.

Sicut in naturalibus dedit Deus superiora corpora in inferiorum regimen, sic & in spiritualibus præsunt, & principes ac iudices seculares qui in temporalibus.

De substantia huius sacramenti, sed considerantur. Primum, est potestas ordinis, quia nemo hoc sacramentum cōferre potest, nisi sit Episcopus. Secundum, est materia debita, scilicet, vncio in sacerdotibus, & tactus illorum quæ tangenda sunt in aliis. Tertium, est sexus virilis, quia mulier characterem non recipit ordinis. Quartum, est forma verborum, quæ cuilibet ordini propria habetur. Quintum, est intentio recta tam ordinandi, quam ordi-

summus sacerdos ipse te absoluat: & ego (authoritate ab eo concessa) te absoluo à peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: amen. Absoluat in forma predicta quisque sacerdos, nec eam aliquo modo mutet ad suum libitum, talem enim his verbis prescribere curauimus, alioquin ab omni euo obseruatam.

De sacramento ordinis.

 Rdinem esse vnum ex septem sacramentis Ecclesiae, pluribus determinatum est generalibus conciliis, nouissimè vero, in consilio Tridentino. Cuius ratio est, quia sacramentum nihil aliud est quam sensibile signum, ad sanctificationem hominis adhibitum, quod in ordine videtur, quem magister sententiarum ita definiuit. Ordo, est signaculum siue signum quoddam, per quod spiritualis potestas traditur ordinato. Et quamvis sint plures ordines, quia tamen ordinatur ad vnum (scilicet Eucharistiae sacramentum) ideo est vnum sacramentum. Eandem habemus ex Hugo de sancto Victore ordinis definitionem, qui vult cum Theologis primam

STATUT. SYNOD.

ac ordinare in altari, euangelium legere, verbum Dei prædicare, & ea omnia quæ sacerdoti necessaria sunt ad officium diuinum ritè exequendum ministrare.

Presbiteri officium est, corpus Christi & sanguinem consecrare, à peccatis absoluere Pœnitentes, & Impœnitentes religare. Hæc autem in ordinandis apparent: nam ostiario, claves tradūtur, lectori, liber prophætarum, exorcistæ vas aquæ benedictæ acolitæ cerei & candelabrum.

Subdiacono, calix vacuus, diacono, calix cum vino & patena & pane superposito, &c.

Hos Christus ex eius videtur, Ostiarius ordinem, quando ementes & vendentes (quasi indignos) de templo eiecit. Ioan. 2. Lectoratus, cum in medio doctorum librum aperiens Esaie Prophetarum legit. Luc. 4. Exorcistatus quam à possessis dæmones expulit. Acolytatus, quando veram se esse lucem professus est dicens. Ego sum lux mundi Ioan. 8. Subdiaconatus quando lynteo præcinctus pedes discipulorum lauit Ioan. 13. Diaconatus, quando in cena prædicauit & alibi, & quando corpus suum suis discipulis ministravit. Matth. vigesimo sexto.

nantis. Sextum quod est de ordinis substantia, est quod ordinandus sit baptisatus, quia baptismus est ianua omnium sacramentorum.

Quoddam est hic sacramentum tantum, ut visibile signum quo potestas confertur. Quoddam est res tantum (scilicet) gratia, quæ dignè ordinem recipienti confertur. Quoddam est res & sacramēti, ut character.

Septem sunt ordines, ostiarius, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus, diaconus, presbiter, qui omnium ordinum terminus est perfectissimus. Hi septem ordines, septem sunt gradus, quibus ad Tronum salomonis ascenditur. Ostiarij officium, est locum custodire, in quo sacramenta conficiuntur, ab his qui immundi determinati sunt (id est) excommunicatis hereticis. Officium lectoris, est prophetias aliasque lectiones legere. Exorcistæ officium, est demones arcere, ne damnetur in corpore nondum baptisati, & hoc per coniurations. Acolitorum officium, est lumen euangelij in lumine corporali deferre, & ostendere. Subdiaconus oblationes ab afferentibus recipit. Epistolam legit, & diacono quæ necessaria sunt ministrat.

Diaconi officium, est hostias apponere

STATUT. SYNOD.

conditionis, non ratiocinijs obligatus, nō membris corporeis truncatus, non furiosus aut mente captus, non bigamus, vel verua, vel interpretatiuus, non simoniacus, non vxoratus, non ebriosus, non tabernarius, non vinolentus, non litigiosus, non concubinarius non excommunicatus non hereticus, nec schismaticus, non alieno diaçesis, nisi habeat literas dimissorias à suo superiore veras, qui non furtiuè, ne que per saltum, promoueantur: Quique cōstiterit se immaculatum seruare ab omni immunditia, contagio, & vanitatibus huius seculi.

Literæ dimissoriæ illis tantum concedantur ad ordines cōsequendos, quos nostris vicariis certo constiterit aut officiali nostro, à vitiis supra taxatis puros esse (debita examinatione super his interposita.

Vt cum in graue ordinis clericalis scandalum ac dedecus quamplurimos videamus sacerdotes nudos mendicantes, & apparentia egenos, ne quis promoueatur. Inhibemus, néue literæ ei dimissoriæ concedantur ad subdiaconatus ordinem, nisi, sub beneficii titulo sexaginta librarum turonensium ad minus, vel proprii patrimonij trigenta librarum turonensium valoris

Presbiteratus ordinem exercuit, quando
in ara crucis corpus suum deo patri obtulit.

Inter hos ordines, tres sunt sacri. Subdiaconatus, diaconatus, & presbiteratus, &
ideo prohibite sunt nuptiae à subdiaconatu
inclusuè, omnibus superioribus: Inferio-
res vero matrimonium cōtrahere possunt,
Alii dicunt sacri, quia ad altaris sacra-
mentum immediate ordinantur.

Ætas promouendorum est, in tonsura
septennium in ostiario, lectore, exorcista
& acolyto, quatuordecimus expectetur
annus. In subdiacono decimus octauus, in
diacono vigesimus, in presbitero vigesi-
mus quintus certò constet annus.

Solicitudinem maximam gerimus super
personis, sacris ordinibus promouendis, ne
admittantur indigni, sed tales qui erudi-
tione, ac virtute inter religionis Christia-
næ cultores, præcellant, nulla nota repre-
hensibiles, quorum exemplo & doctrina
excitent laïci ad verum nostræ religio-
nis cultum.

Inhibemus itaque ne quis temerario au-
su se ingerat postulás promoueri, nisi ætas,
scientia requisita, & vitæ sinceritas suffra-
gentur, qui sit ex legitimo thoro procrea-
tus, non seruus, nec seruilis, aut ascripticiae

Cum autem (prout accepimus) frequenter acciderit sacrilegos, homicidas, irregulares, ac grauibus aliis criminibus notatos, à proprij iudicis præsentia ac iurisdictione aufugientes, in hac nostra diœcesi quæsiuisse latibulū, (in graue animarū nostrę sollicitudini cōmissarū periculū, & deuoti populi scandalū) nostro officiali inhibemus, ne quem ipsorū approbet, aut permittatur in hac nostra diœcesi manere, nisi qui super illicius vita propria ac moribus, literas testimoniales à suo diocæsano, aut officiali proprio vicariis exhibuerit, quib⁹ certo constet eū esse sacerdotē, neque vlla excommunicationis sentētia esse inodatū, laudabilis immo vitæ & cōuersationis esse, cū literis promotionis suæ ad sacros ordines.

Peregrinum etiam sacerdotem interroga bit diligenter officialis, de locis in quibus morā traxerit de causis peregrinationis suæ extra suā diœcesim aliisque (prout faciendum viderit) circunstantiis, quas nos illius prudentiæ reliquimus, priusquam examinationem, & approbationem scripto confirmauerit.

Omnib⁹ insuper curatis, vicariis, aut aliis qui præsunt capelle, elemosinariis, leprosariis, aut aliis sacratis locis in hac diœcesi, ne

super quo magnæ importantiæ negotio, per vicarios nostos aut officialem nostrū, aut alios à nobis delegatos fiat diligens inquisitio per testes omni exceptione maiores. Si autem patrimonialis titulus ad eum excessione aut donatione alteri⁹ peruenierit, inquiratur similiter an præfata pecunia summa possit reditus rei cessæ, aut datæ rēpresentare.

Huic super fraude exactissima fiat inquisitio, si qua interuenerit inter cedentem & cessionarium, dedentis fides exigatur, nec non & ipsius cessionarii. Iurabit autem cedens se donasse sine vlla fictione & spe in posterum repetendi: quod dedit cessionarius autem affirmabit, nullum esse inter eum & cedentem paetum de rerum cessa- rum restitutione, suæque intentionis esse illa in vsum suum retinendi, & quandiu vixerit vtendi.

Inhibemus ne in Ecclesia aliqua collegiata, parochiali, aut alicubi, quispiam alienæ diœcesis sacerdos, aut etiam nostræ (si sine dimissoriis literis nostris ab alio Episcopo fuerit promotus, recipiatur ad sacramento- rū administrationē, aut missam celebrare permittatur, nisi prius testimoniales literas à nobis, vel officiali nostro obtinuerit.

attentius, quod sicut sacer locus, vt Ecclesia, cœmiterium, altare vasa sacra, & sacramentum in quo Christi corpus continetur, & huiusmodi sunt cum omni reuerentia & honore tractanda, sic sacerdos septies Deo consecratus mundam conseruare debet conscientiam, nimirum quæ est vnum Christi habitaculum.

De sacramento Matrimonii.



Vm rerum opifex omnium Deus Optimus Maximus, hominem ex limo finxisset, adiutorium sibi simile (id est) vxorem ex eius latere formatam, dedit, sicque Matrimonium condidit & instituit, vt hoc medio genus humanum alioquin ad interitum tendens, repararetur, ac propagaretur, in dies, & hilarem simul vitam ducerent, tanto amoris nexu constricti, alter ab altero extractus, duo erant in carne vna. Quod spiritu Dei cognoscens primus omnium ille parens, hoc nunc os (inquit) ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Propterea relinquet, patrem, & matrem, & adherebit vxori suæ. Ideo ante legem hoc sacramentum à Deo insti-

aliquē extraneū, permittat sacerdotē confessiones audire, aut alia sacramēta administrare, sub pœna grauis emēdæ. Nō tamē intendimus viatorem honestum sacerdotem, ex deuotione, & sine quæstu, celebrare volentem prohibere, dummodo literis sigillatis constet, de illius ordinatione.

Et quia (vt suprà diximus) ordinis sacramentum, ad subleuādam populi Christiani ignorantiam institutum est, ideo, iniungitur omnibus sacerdotibus tā Ecclesiarum rectoribus, quā curā nō habētibus vt sacris literis proficere studeant quantū poterūt. Circaverò sacramentorū administrationē maximè tonsuram tum deferre cōgruentē eisdem iniungitur, & habitus honestos, de super clausos, & lōgos sufficiēter. Nunquā cū pileo ad Ecclesiā accedant, sed quilibet galerū, seu virū, vel capitium deferat, suppliceo vestitus. Ne ludant ipsi cum laïcis, in publico maximè, & expoliati.

Ne in Ecclesia deambulent, néue laïcos deambulare permittant, præcipuè quando diuinum celebratur officium. Confratriarum conuiuiis raro aut nūquam intersint, rariūs verò puerperiorum.

Loca honesta, & omni mala suspitione carentia habitēt: nec tabernas, nec personas cuiuscūq; sex⁹ notatas frequētēt. Cōsiderēt

possunt: nubant tantum in Christo.

Bonum matrimonio triplex consideratur, fideles (scilicet) ut neuter alieno thoraculetur, Proles ut spiritualiter æque corporaliter (id est) ad cultum dei nutriantur.

Sacramentum ut non dissoluatur: licet enim Ecclesia possit diuertia, propter matrimonij impedimenta facere, non potest tamen, nec debet matrimonium legitimè celebratum dissoluere, quia quos Deus coniunxit, homo non potest, (quantuncumque sit authoritas) separare.

Quadruplex Matrimoniū assignat Theologi, Primum carnale, inter virum & fœminam. Secundum, morale inter deum & animam fidem, sacro baptisme lustratum. Tertium allegoricum, inter Christū & Ecclesiam eius sponsam, quam militatē in hoc mundo dicimus. Quartum Anagogicum, inter Deum & animam beatam, in Ecclesia triumphati per coniunctionem æternæ gloriae.

De sponsalibus ac Matrimoniiis atque ea concernentibus in generalium Consiliorū ac sanctorum Pontificum, nec non canonicī iurisque ciuilis sanctioribus copiosè traditur, ex quibus fontibus haurire vo-

tutum, in lege Mosaica confirmatum, & in lege Euangelica prædicatum fuisset scriptura testatur.

Matrimonium, est coniunctio maris & fœminæ, individuam vitę consuetudinem retinens, quod per sponsalia iniciatur, per cōsensum animorum expressum, per verba de præsenti ratificatur per carnalem copulam consumatur. Matrimonium ab effectu, à matre magis nomen habet quam à patre, quasi matris mumum seu munitum, & quia fœminæ maximè educandæ prolis incumbit officium in utero & extra, donec per se stare possit, vel sic dicitur, quasi matrem monens, ne virum relinquit alteri adherēs, vel Matrimonium dicitur quasi materia vnius, propter coniunctionem, & armoniam ad prolis educationem.

Dupliciter consideratur Matrimonium, altero modo ut est officium quoddam naturæ, in prima institutione. Altero modo ut est sacramentum Ecclesiæ. Quod primum in officiū naturæ institutum est erat ante peccatum. Factum est in remedium, post peccatum ad deprimendam concupiscentiam, ne fiat homo sicut equus & mulus. Vnde Apostolus, qui se continere non

STATUT. SYNOD.

cum criminis suspitione & occasione iurauit. Peccaret etiam sponsalia trahendo, durante adhuc primo matrimonio. De quo plenius infra inter matrimonij impedimenta dicetur.

DISSENSUS.

Vbi inter ambos qui cōtraxerunt ori-
tur dissensus, eo casu (requirentibus
illis) possunt sponsalia dissolui.

FUGA.

Si illorum alter qui contraxerunt spon-
salia, fugam maturarit (eo in pronis
Ecclesiae publicis vocato) non reperitur, à
iudice possunt sponsalia dissolui, ac pro iu-
dicis arbitrio, aliquod tempus constitue-
tur, quo elapsso, ad alia sponsalia conuola-
re poterit.

TEMPVS.

Vbi inter partes certum tempus præ-
fixum est in ipsis sponsalibus, infra
quod matrimonium contrahatur (elapsso
termino, nulloque apparente necessitatis
argumento) is per quem non stat, quo mi-
nus absoluatur matrimonium, in hoc casu,
à vinculo sponsaliorum liberatur. Secus
autem quando sponsalia sunt purè contra-
cta, & postea de contrahendo matrimonio
terminus præfigitur.

Iuimus omnia quæ hic apponenda iudicauimus. Ne tamen nostræ diæcessis Ecclesia-
rum rectores in eis errare, aut aliquo mo-
do labi possint, ob librorum penuriam, aut
fortasse sermonis altitudinem, quam faci-
lius fieri potuit. De eis aliquid sommatim
referre ac nostra authoritate statuere, con-
silium fuit. Primo de sponsalibus dicemus,
cum sint quoddam matrimonii præambu-
lum: sunt enim futurarū nuptiarum vtrius-
que partis promissio.

Pro impedimentorum autem cognitio-
ne quibus sponsaliavel contrahi impediū-
tur, vel contracta, dissoluuntur versiculos
imprimis per hostiensem positos refere-
mus, & declarabimus.

*Crimen, dissensus, fuga, tempus, & ordo secunda,
Morbus, & affinis, vox publica cūque reclamat,
Quod libet ipsorum sponsalia soluit eorum.*

Horum versuum interpretatio sequitur.

C R I M E N.

 Bi aliquis vxoratus aliquam
iurauerit in vxorem ducere,
post mortem viuentis vxoris,
non tenetur: quia male &

STATUT. SYNOD.

sponsi, infra cundem gradum cognita fuc-
rit, dissoluuntur sponsalia.

P V B L I C A.

Vi fama volat inter contrahentes,
canonicum esse impedimentum, &
ita validum, ut nullo modo cōuinci possit,
tunc non tenentur sponsalia.

C V M Q V E R E C L A M A N T.

Quando cōtra parentum voluntatem
& consensum, aut ante ætatem ratio-
ni & iudicio debitam contracta fuerint
sponsalia, & cum partes ad ætatem & iudi-
cium peruererint reclamāt possunt spon-
salia dissolui.

A E T A S.

Ante septimum ætatis annum tam in
masculo quām in foemina, sponsalia
contracta non tenent, nisi maiores facti ac
iudicij capaces ratum habuerint.

V O T U M.

Votum solenne, & iam contracta spō-
salia dissoluit, contrahēda impedit.
Idem facit & votum non solenne, sponsa-
lia præcedens.

O R D O .

Si quis sponsalia cōtrahere spōnoderat
Sinterim deuotione tactus Ordines sa-
cros suscepit, nec aliquis super hoc re-
clamauerit, à sponsalibus liber est, & or-
dinatus liberè suo munere fungetur.

S E C V N D A .

Si post sponsalia prima (etiam per verba
de futuro iurata) cum secunda quis cō-
trahat, per verba de presenti aut etiam fu-
turo, & inde copula sequatur: prima disso-
luuntur sponsalia.

M O R B U S .

Si post sponsalia morbus interuenerit, vt
puta si alter nafum, vel oculum perdat,
vel in lepram aut alium similem morbum
incidat, dissoluntur sponsalia.

A F F I N I S .

Si post spōsaliorum contractum cognouerint contrahentes se esse infra quartū
gradum affines quod tamen prius ignorabant. Vel si post sponsalia eam quæ spon-
sæ suæ infra quartum consanguinitatis
gradum inclusiue sponsus cognouerit: vel
etiam & conuerso sponsa à consanguineo

in hac re arbitraria possit laudabiliter statuere, sunt enim in hoc iura varia (inquit glosa in cano. 27. quæst. 2.

Præter casus supra assignatos, sciendum est illis omnibus casibus (quibus Matrimonium impeditur) illis etiam sponsalia impediri. Prohibito enim consequenti, censetur & antecedens prohiberi.

Circa prædicta & sequentia Matrimonij impedimenta, & occurrentia dubia, rectoribus Ecclesiarum nostræ dicecesis prohibemus, ne aliquo modo in prædictis casibus aliquid inter partes decernat: sed si quid tale in suis parrochiis contigerit, diem certum statim partibus assignent ad comparandum coram officiali nostro, qui cum maturo peritorum consilio, de prædictis & similibus definiire valeat (imposita per eum salutari Pœnitentia) iis qui fidem fecellerunt.

De impedimentis Matrimonii.

Sequitur impedimenta que prohibent Matrimonium contrahi, & iam contractum dissoluunt.

FORNICATIONE.

POst contracta sponsalia, si ex contra-
hentibus vnuis fornicatus fuerit, (alte-
ro reclamante) qui non peccauit, sponsalia
dissoluuntur.

H A E R E S I S.

SInvus in haeresim incidat, non cog-
ur alter matrimonium absoluere. Si
autem voluerit, maneat ad hoc verò
maxime, ut fidelis infidelem saluet. primo
Corinth.7.

C O N D I T I O.

QVando sponsalia sunt contracta ad-
iecta conditione dandæ pecuniæ, vel
alia simili & honesta, si nō impleatur con-
ditio, potest à sponsalibus discedi.

Et cùm matrimonia debeant esse li-
bera, metuendūmque sit ne ij qui iam
sponsalia contraxerint, ita matrimonium
absoluere compellantur, ut deterius quid-
piam in futurum eis contingat. In soluen-
dis sponsalibus altero reclamāte, iniungi-
mus Officiali nostro quatenus diligenter
inquirat, an sponsalia sint iurata nécne:
causā tum dissidij, qualitatē & pertinaciam
partium consideret, ut sic (prout iuris erit)

nescit. Dum autem adhuc est in pendenti conditio honesta & possibilis, si cum alia contraheret quis, secundum Matrimonium teneret, etiam si postea eueniret cōditio. Illa autem conditio quæ est contra matrimonij substantiam, ut puta, quando est contra bonum prolis, fidei, aut sacramenti, si sit ab ambabus partibus apposita, vitiat matrimonium.

Monemus itaque subditos nostros, ne tales conditiones apponant, néue apponi patiantur, & quicquid in honestum vel impossibile esse potest. Ea verò quæ diximus de conditionibus quæ matrimonium suspendunt de futuro intelliguntur. De conditionibus autem de præsenti, vel de præterito quæ matrimonij actum non suspendunt, aut ab initio veræ sunt, & valet matrimonium, aut falsæ: & tunc nullum est Matrimonium. Si tamen conditione pendente, copula carnalis interuenerit, à conditione disceditur.

V O T V M.

VO tum simplex contrahendum Matrimonium impedit: contractum autem non dissoluit. At votum solenne, & contrahendum impedit, & iam contra-

Error conditio, votum cognatio, crimen,
 Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas
 Sensus, & affinis, si forte coire nequibus:
 Hac socianda vetant connubia, facta retrahent.

ERROR.

Si quis cum Anna, contrahere matrimonium intenderit, contrahat autem cum Bertha, aut si liber intenderit contrahere cum libera, cōtrahat autem cum serua (modo non sit ascriptitiæ conditionis, hec Matrimonium impediunt, non tamen dissoluunt, si post cognitum errorem, in uicem consenserint. Error autem fortunæ, (ut si putet diuitem, quæ est pauper, vel nobilem quæ est communis conditionis, vel pulchram quæ est deformis,) non vitiat si errores, nisi personæ errorem includant, vel si putaretur esse Christianus, qui tamē paganus est & infidelis.

CONDITIO.

Si sit conditio inhonesta vel impossibilis, quæ non est contra substantiam Matrimonij reiicitur, & valet Matrimonium. Conditio autem honesta & possibilis, matrimonium suspendit, & ea deficiēte, euā-

Si autem alter ex his qui contrahere volūt est in quinto, alter autem in tertio, tunc contrahere possunt. Quia collateralium in linea inæquali toto gradu remotior, distat à communi stipite.

Cognatio spiritualis.



S_r personarum propinquitas proueniens occasione Baptismi, Confirmationis, vel Catechismi inter personas in iure expressas, robur trahens ab Ecclesiæ institutione. Ea autem spiritualis cognatio, quæ in Catechismo contrahitur, obest quidem contrahendo Matrimonio, sed iam contractum non dissoluit. Ea verò cognatio quæ per baptismum contrahitur, & confirmationem, contrahendum impedit, & iam contractum dissoluit, si illa cognatio matrimonium præcesserit.

Contrahitur autem spiritualis cognatio modis sequentibus, ut plurimum, reliquos at casus qui non ita frequenter occurrunt, possunt à iure doceri. Pauciores à concilio Tridentino casus cognationis spiritualis numerantur.

etum, (post voti emissionem) dissoluit. Solenne verò votum, dicitur, vel per ordinis susceptionem sacri, vel per professionem expressam, seu etiam tacitam vni ex religionibus approbatis factam. Tacita autem professio fit, vel per habitus delationem professoris per annum factam, ab eo qui est ætatis competentis, vbi sunt indistincti habitus. Si autem distincti sint habitus professorum & nouitiorum, per delationem habitus professorum per triduum. Ita tamen si in iis suscipiendis superiorum authoritas, ad quos hæc spectant interuenerit.

C O G N A T I O .

TRIPLEX est in iure cognatio, carnalis, spiritualis, & legalis. Carnalis cognatio, est vinculum personarum, ab eodem stipite descendantium carnali propagine contractum, quæ inter ascéndentes, & descendentes perpetuam continet prohibitionem, ut patris, aui, proaui, & aliorum ascendentium cum descendantibus. Inter collaterales autem, vt sunt fratres, filius fratri, patruus & similes, contrahendum impedit, & iam contractum dissoluit usque ad quartum gradum inclusuè.

autem summopere pater, ne filium ex propria vxore genitum ex sacro fonte leuet, aut baptiset. Si enim scienter, vel extra extraneam necessitatem id fecerit, vxori debitum exigere prohibetur in futurum. Si tamen maritus & vxor simul alienum filium ex sacro fonte leuarent, nullum statuimus impedimentum (necessitate virgente) tamen abstinere melius est.

Eandem casuum cognitionis spiritualis declarationem in confirmatione statuimus.

Cognatio legatis.

Sr quædam proximitas ex adoptione proueniens, quæ aliquando & contrahendum impedit matrimonium, & iam cōtractum disfolut. Sed de eadem multa scribere frustra, cum rara sit modo, maximè in nostra diœcesi.

C R I M E N.

Matrimonium secundum (prima viuente vxore) cōtractum nullum est, nisi fortè primum matrimonium nullum sit, per aliquem ex illis casibus, quos suprà nominauimus, & ex quo impedimentum publicæ honestatis non resultauerit, vel

- Baptisatum & baptisantem.
- Baptisatum & filios baptisan-
tis, etiam illegitimos.
- Baptisatum & vxorem bapti-
santis inter prius cognitam
non autem concubinam.
- Baptisantem & patrem &
matrem baptisati.
- Parentes baptisati, & vxorem
baptisantis prius cogni-
tam.
- INTER** Leuantem & leuatum.
- Leuatum & filios leuantis, si
sint legitimi, sint non
- Leuatum & vxorem leuan-
tis.
- Prius cognitam non concu-
binam.
- Patrem & matrem leuati &
leuantem.
- Patrem & matrem leuati &
vxorem.
- Leuantis prius cognitam.

Quantum ad contrahendam hanc co-
gnationem spiritualem, non refert vtrum
sacerdos baptizauerit, vel (imminente ne-
cessitate) laicus siue vir siue mulier. Caucat

Matrimonium per metum cōtractum (qui in constantem virum cadit, vel constantem mulierem) est nullum: nisi cēfante vi & metu libera voluntate simul cohabitent, & quamuis metus leuior, matrimonium cōtractum non dissoluat: tamen quia ex coactis nuptiis infœlix exitus, ut plurimum sequitur.

Parentes monemus ne sua authoritate, vel nimis filios suos ad contrahendum cōpellant: iniungimus autem Ecclesiarum rectoribus, quod si minimam metus susptionem deprehenderint, nunquam ad vleriora procedant, cum in his duarum partium liber consensus, maximè requiratur.

O R D O.

Sacri Ordines, qui sunt subdiaconatus, diaconatus, & presbiteratus matrimonium contrahendum impediunt, & contractum dissoluunt. Quod tamen intelligendum, quando sacer ordo Matrimonii precessit: Alias si potest Matrimonium cōtractum, aliquis promoueatur, non dissoluitur. Minores autem ordines, qui sunt Ostiariatus, lectoratus, exorcistatus, & acolytatus, matrimonium non impediunt.

vonus ex contrahentibus secundum Matrimonium, habuerit bonam fidem. Tunc enim post mortem primæ vxoris, in secundo Matrimonio remanere compellitur, is qui mala fide contraxit, postulante eo qui fuit bonæ fidei: quæ vnius bona fides operatur, quod proles legitima censeatur. Si autem uterque fuerit in mala fide, semper manet nullum secundum Matrimonium, & ex illo proles illegitima.

Si ergo vir (viuente prima vxore) cum aliqua muliere adulteratus fuerit: post mortem vxoris eam ducere non prohibetur, nisi ultra adulterium fidem de praesenti vel futuro dederint (stante adhuc primo vinculo inuicem) nupturos post mortem primæ vxoris, vel alter machinatus sit in mortem defunctæ. Si autem sine adulterio in primi mariti mortem communiter conspirauerint: nullum est secundum Matrimonium, eadem è conuerso in persona mulieris obseruanda.

Cultus disparitas.

SI Iudæus aut Mahometicus cum Christiana contrahit, dissoluitur matrimonium: alius si esset alter hereticus, & alter catholicus, quia propter hoc matrimoniū, non dissoluitur, cum ambo Christiani sint,

si sponsalia nulla sint. Hæc autem necessaria sunt priusquam habeat locum hoc impedimentum: Primo, quod sponsalia sint pura, si autem apposita esset talis conditio, quæ actum suspendit (ea pendente) non oriuntur. Secundo necessarium est, quod sponsalia sint cum certa persona liberè contracta: secus si cum incerta. Tertio, quod non sint nulla ex consensu defectu, utputa quia vis esset illata; vel si essent ambo contrahentes, vel alter eorum septennio minores.

SENSVS.

Mente alienatus, matrimonio consentire non potest, nisi tantum esset, per interualla furiosus, tempore enim dilucidi interualli, contrahere posset.

AFFINIS.

Affinitas est personarum proximitas ex coitu proueniens, omni prorsus parentela carens. Animaduertendum autem est, affinitatem propriè sumptam, non ex consensu prestito in Matrimonio, sed ex copula carnali originē trahere. Et ideo licet siue illicet te mulieri misceas, ex tali coitu ipsa tuis consanguineis affinis efficiuntur.

LIGAM EN.

Qui vxorem habet (illa viuente) alterius merere non potest, dum tamen sit legitima: alias non prohibetur, nisi ex primis nuptiis resultaret impedimentum iusticiæ honestatis publicæ. Qui nihilominus sponsalia contrahit cum vna, si cum alia contrahat per verba de presenti, vel per verba de futuro, & sequatur copula, à priori vinculo eximitur: Puniendus tamen est, ob fidei violationem.

Propter absentiam alterius ex coniugibus, non conuolet alter ad secundas nuptias: nisi de morte coniugis debitè certioratus.

Honestatis publicæ iusticia.

Impedit Matrimonium contrahendum honestatis publicæ iusticia, & iam contractum disfuit, quæ ex sponsalibus oritur: Eodem enim modo, quo ex Matrimonio celebrato cum consanguineo resultat affinitas (ut statim dicetur): sic ex solis sponsalibus, publicæ honestatis iusticiæ impedimentum, ad consanguineos affidati, vel affidatae. Quod procedit etiam

datam per verba de presenti, ante tamen copulam, alter (altero etiam inito) monasterium ingreditur. Post cuius professionem, ille qui in seculo remansit, & vult remanere, solutus omnino lege cōiugij, potest liberè aliud matrimonium contrahere. Postquam vero fuit Matrimonium per copulam carnalem consummatum, ambo in seculo remanentes, de mutuo consensu vouere possunt continentiam, atque ambo Monasterium ingredi: Potest etiam alter (de consensu alterius) religionem introire, si modo ille qui in seculo remansit, non sit de incontinentia suspectus: Quo casu licet remanens in seculo sit à lege, & debito Matrimonii solutus, sic quod debitum reddere non possit: non tamen potest cum alio contrahere (viuente eo qui monasterium est ingressus).

Ad declarationem itaque præfatorum casuum, Animaduertendum est, quod si præfata impedimenta præcedunt nocent Matrimonio: si sequuntur, vinculum non dissoluunt: & sic Matrimonium declaratur per talia, nullum, non autem illud, quod prius efficaciter contractum est destruitur.

Quædam sunt alia impedimenta, quibus matrimonium contrahi prohibetur:

etur. Qui tui facti cōsanguinei, si te infra quartū attingant inclusuē, cū ea cōtraherere prohibentur cum sint ei affines, primo genere affinitatis, & eo gradu quo sunt cōsanguinei: & ita è conuerso. Exempli gratia. Consanguinei mulieris quam cognovisti, sunt tibi eo affinitatis genere affines & toto gradu affines, quo sunt consanguinei illi mulieri ad quam accessisti: parique ratione & modo, & impeditur & dissoluitur matrimonium sicut inter consanguineos. Si forte coire nequibis.

Naturæ impotētia (si tamen sit impurgabilis) siue ex parte viri, siue ex parte mulieris, matrimonium impedit & dirimit. Quo casu, cum diligenti & exactissima causæ cognitione opus sit, ad Officialem nostrum talia statuimus esse remittenda.

D o l v s,

Si talis dolus interuenerit, qui confensem vtriusque partis impediuerit, matrimonium nullum est: Alias matrimonium per dolum initum & iam consummatum tenet (etiam si dolus causam contracti matrimonii dederit. Sciendum est quod si matrimonium semel validum fuerit, ac legitimè contractum, uno casu tantum, posse dissolui: scilicet post fidem

Debet enim illud de cuius excellentia exclamat Apostolus sacramentum hoc magnum est Ephe. 5. In plena luce, magna solennitate, dignoque apparatu, parentibus & amicis partium præsentibus celebrari

Matrimonium per verba de presenti, hec præcedete debent, Primò, sponsalia per verba de futuro palam in ecclesia in manu sacerdotis pluribus presentibus, maximè proximis paréibus ut possint facilius probari, & omni mala suspicione carere. Secundo, tria banna præcedant, quæ per Curatum, aut eius vicegerentem, in pronis Ecclesiæ proclamari debent.

Fiant autem huiusmodi banna, diebus festis, & non alijs, fiantque per tres dies in uicem distantes, ut etiam interuallum sit inter diem, quo contrahitur matrimoniu & diem quo factum est ultimum bannum. Post modum promissiones per verba de presenti recipientur, solenniter per sacerdotem in facie parochialis Ecclesiæ palam & publicè sub periculo pœnarū prædictarū & fiat ibi quartum bannum ex abundantí.

Caveant ne per imperitiam promissio-
nes exigant in sponsalibus per verba de
presenti: Intelligere enim debent, longam

contractum tamen de facto, tenet, ut puta catechismus, ut supra dictum est. Tempora quibus matrimonia celebrari prohibentur sunt, ab abuentu domini, usque ad Epiphaniæ octauā, à Septuagesima, usque ad octauas Paschæ. A primo die rogationū, usque ad octauas Penthecostes, quod de matrimonio tamen intelligendum volumus. Spōsalia enim quolibet tempore celebrari possunt.

Interdictio facta auctoritate iudicis competētis ex causa, ut puta quod ad sit cognitum, de partium controvērsia, contrahendum impedit matrimonium.

Prohibemus districte clandestina contrahere matrimonia, ut puta bannis non factis publicè secundum moram Ecclesiæ, vel alias contra illius interdictum: Si tamen de facto contractum fuerit matrimonium atque consummatum tenere volumus.

Sed quicūq; in aliquo illorū casuū peccauerit, quoquo modo grauiter coerceatur vel per Thoris separationem ad tēpus, vel arbitraria pœna, secundū qualitatē delicti.

Inhibemus graui sub pœna, ne media nocte aut ante lucem tantum Matrimonij sacramentum celebrent Ecclesiarum retores (sub magiæ fugiendæ prætextu.)

fiant, quām in parrochialibus Ecclesijs, nisi
(necessitate vrgente) à nobis vel vicariis
nostris permissione præmissa Ecclesiarum
rectores habeant speciale mandatum.

Qui sunt alienæ diæcesis (nisi cum licen-
tia nostra aut officialis nostri licentia) ad
benedictionem non admittantur nuptia-
lem. Dicto autem Officiali nostro iniun-
gimus, vt diligenter inquirat, an is qui
contrahit, aliam habeat vxorem, in diæcessi
vnde est oriundus vel alibi. Inquirat tum
de religione, vita, & moribus, de qua licen-
tia fiet registrum per promotores nostros
qui (prout moris est) fideiussores recipient
& super hoc expedientur literæ in forma
authentica, cum signo dicti officialis ac
promotoris, & sigilli nostri appensione.

Quando autem contrahentes sunt di-
uersarum parrochiarum non tamē alienæ
diæcessis, ad Matrimonium non admittan-
tur contrahendum in altera parrochia, nisi
cum certificatione debita sui curati, qua
significabit banna esse facta solemniter in
sua parrochia, & nullum apposuisse impe-
dimentum.

Si quispiam superuenierit qui se matri-
monii complemento opponat, postulet ab
eo Ecclesiæ rector causam oppositionis

esse differentiam , Si dicat promitto me
accepturum te in vxorem, vel si dicat acci-
pio te in vxorem. Itaque ad imperitorum
instructionem in sponsalibus ministrādis
sic verbis Gallicis dicat sacerdos ad masculū
prius verba dirigēs. *N. Vous promettez que
vous prenderez. N. présente, à femme & espouse,
si Dieu & nostre mere Saincte Eglise s'y accor-
dent. Respondeat autem oportet masculus
Ouy. Hinc ad mulierem verba dirigens sa-
cerdos, dicat hoc modo. N. Vous promettez
à. N. present, que vous le prendrez à mary, &
espoux, si Dieu & nostre mere sainte Eglise s'y
accordent. Respōdeat autem oportet & illa
Ouy. Et tunc subiiciat sacerdos. Et ego affi-
do vos, In nomine patris & filij & spiritus
sancti , signando eos signo crucis, & aqua
aspergendo lustrali. Que verò in die nup-
tialis benedictionis à sacerdote agēda sunt
in manuali impressa sunt.*

Fiant Ecclesiarum rectores registrum fi-
dele tam sponsaliorum quàm Matrimo-
niorum in sua parrochia contractorum,
quod ab eis fideliter conseruetur: ut quo-
tiens opus fuerit , officiali nostro osten-
dant.

Matrimonia ipsa & missæ, que in bene-
dictiano celebrantur nuptiali, non alibi

damus). Quibus opponentibus, & affidatis
talem assignauimus diem ad comparendū
peremptoris & personaliter coram vobis,
ad procedendum super prædictis (prout
iuris erit.) Simul authoritate in hoc nobis
demandata eis inhibuimus, sub pœnā sen-
tentiae excommunicationis pœnæ arbi-
trarię, ne partes, vel carum altera fortiori
vinculo se astringat vel inter se vel cum a-
lio: quod ad aliter per vos ordinatū fuerit.

Si autem quis obtulerit se non formaliter
oppositione, sed simplici demutatione, im-
pedimentum esse inter affidatos, tunc simili-
lem faciat relationē Ecclesiæ rectori (mu-
tatis mutandis) secundum emergentium
emergēti diuersitatem casuum: non tamē
denuntianti assignet diem coram nobis,
nisi forte partem se constitūere voluerit,
& vt sommarię denuntiationis seu oppo-
sitionis causa expediri & terminari possit,
& rei veritas cognosci, procuret Ecclesiæ
rector de prædictis imformationem fieri
per se, aut alium idoneum. Quam clausam
& signatam dicto officiali nostro exhiberi
curabit Ecclesiæ rector ea ipsa die, quam
partibus assignarit, in ea autem denuntiās
excommunicari poterit & inquire, velit
ne partem se constituere.

statumque, ac sine villa dilatione, diem opponenti assignet, ad comparēdum peremptoriè & personaliter coram officiali nostro ad diem breuem (competentem nihi lominus) idque etiam partibus nuberevolentibus significet, quibus eandem diem assignet ad comparendum peremptoriè & personaliter coram dicto officiali. Interim autem partibus ipsis (authoritate nostra) inhibeat, sub poena excommunicationis ac mendæ arbitriariæ, ne dictum contrahât Matrimonium, néue ad carnalem procedant copulam. Hæc autem quamprimum per scripturam, propria manu subsignatam significant huiusmodi Ecclesiarum rectores officiali nostro, ut ius ubique seruetur.

*Forma quam Ecclesiæ rector seruabit in
relatione officiali remittenda.*



Go. N. talis Ecclesiæ rector, vobis domino meo Aurelianensi officiali certifico. N. tali die & anno, cōparuisse corā me, qui se matrimonii complemento formaliter opposuit, inter. N. & N. affidatos contrahendi, ob causam talem (quam oppositionis causam ad longum deductum in relatione inferendum man-

Et quia ex aliis dioecesibus multi huc accedunt incogniti, se esse coniugatos affirmantes, ne tales ad sacramenta Ecclesiastica admittantur, prohibemus, nisi vel certis literis, vel testibus fide dignis matrimonium inter se contractum esse docuerunt. Fugato tamen ubique scandalo maiore.

De sacramento extreme unctionis.

Veni Ediator Dei & hominum, non solum Iesus vocatur, in quantum habet saluare, sed etiam Christus, in quantum habet vunctionis gratiam in alios diffundere, quod in Dauide significatum fuit, quem tribus vicibus, vnum fuisse legimus. Primo, in domo patris sui, in signum regni futuri. 1. Reg. 16. Hæc vunctionem in baptismo significat. Secundo, in Hebron super Iudam, postquam multa mala perpessus est. 2. Reg. 2. Hæc vunctionem in confirmatione significat. Tertio, vñctus fuit iterum in Hebron, super omnem Israël, postquam in pacem regnauit. 2. Reg. 5. Hæc extremam significat vunctionem, quæ est vñctio hominis infirmi pœnitentis facta à sacerdote vero huius sacramenti ministro, in determinatis

corporis partibus, cum oleo ab Episcopo consecrato, curationem venialium peccatorum significans, & gratiæ diuinæ collationem.

Infirmatur quis in vobis (inquit Iacob) inducat presbiteros Ecclesiæ & orent super eum, vnguentes eum oleo, in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alienabit eum dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei. Quibus Apostoli verbis, virtus atque fructus huius sacramenti apparent, nimirum ad corporis & animæ salutem, multum faciens. Propterea debent Ecclesiarum duces plebem sibi commissam monere saepius, ne tantum sacramentum parui faciant, immouerò summis votis amplectantur, reuereantur, & (imminente necessitate) humiliter requirant, & deuotè suscipiant.

Ex illa Apostoli authoritate, & sanctorum scriptis Theologorum, talia huiusc sacramenti descriptio colligi potest. Est hominis in extremis positi unctio, in determinatis corporis partibus, ex oleo ab Episcopo consecrato, à sacerdote facta, cum debita verborum forma, cum intentione prolata, venalia remittens, & corporis debilitatem alleuians.

Materia ergo huius sacramēti, est oleum ab Episcopo consecratum, nec aliquid ibi confectum oportet ex oleo & balsamo, ut in materia Confirmationis quia Confirmatio est instituta ad fidei confessionem. Et ideo in confirmato requiritur, non tantum conscientiæ puritas, per oleum significata, sed & bonæ vitæ & famæ odor, per balsamum significatus, illis autem qui statim sunt ex hac vita discessuri, sufficit conscientia pura.

Ex illa autem superius facta huius sacramenti descriptione, duos huiuscē vñctio-nis effectus principales colligimus. Primus est venialium peccatorum remissio. Secundus, est infirmitatis corporalis alienatio. Exterior enim & visibilis, illa vñctio qua corpus oleo vngitur, signum est interioris, & inuisibilis animæ vñctionis, de qua diuus Ioannes cap. vos vñctionem habetis à sancto, & nostis omnia, & vñctio quam accepistis ab eo manet.

De forma huius sacramenti.

Vm omnia nouæ legis sacramenta efficiant, quod figurant in quantum per verba determinatur materia, quæ ad multa potest se habere, necesse est hoc sacramentum (ut cætera omnia) formam habere. Forma autem qua ex Apostolorum traditione vtitur Ecclesia Romana, est oratio deprecativa, quæ talis est, per istam vunctionem & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quicquid peccasti per visum: & sic de aliis sensibus: hæc autem oratio datur pro forma, duplicitate, prima, quia suscipiēs hoc sacramentū propriis est vitibus destitutus, ideo indiget orationibus subleuari. Secunda, quia exuntibus, qui iam de foro Ecclesiæ militantis esse quasi desunt, & in solius dei manu tequiescūt, vnde eidem pér orationem ipsius Ecclesiæ commituntur.

Sacerdos hoc sacramentum ministrātrurus, ad domum infirmi accedens cum reverentia & deuotione ingredi debet, supelliceo indutus, cum stola à scapulis pendente, cum luminari, cæterisque in hoc sacramento necessariis, alio concomitante

presbitero, (si fieri possit, alias clericō, aut saltem laïco qui in dicendis psalmis ac litanīis, possit eum iuuare, & in omnibus auxilio esse). Si autem tanta vrgeret necessitas, vt nemo ei assisteret, tunc solus sacerdos omnia facere posset.

Dandum est hoc sacramentum actualiter confessis, & post sacrā corporis Christi cōmunionem, si possibile sit infirmū communicare, cū sit sacramētorū vltimū, si autē infirmitatis grauitate pressus cōmunicari nō potuerit, vel etiā subita paralysi loquellā amiserit, nutu tamē quo potest hoc sacramentū requirit, si de illius cōtritione certum appareat argumentū, nō illi dengandū est. Non autē detur hoc sacramentū pueris, qui nondum communicarūt, néue furiosis, & dementibus, qui nunquam requisiuerint: neque etiam reis ad mortem condemnatis.

Dandum est itaque hoc sacramentū adulto, non leui morbo laboranti, sed graui, idque petenti, si tamen accedente sacerdote, animam iam exalare incipiat infirmus, pergit nihilominus sacerdos, quandiu spiritum vitæ in illo esse cognouerit.

Ecclesiarum rectoribus districte iniungimus quatenus semper habeant paratum

oleum sanctū, librum aptum, cæterāque ad huius sacramēti administrationē necessaria: vt quacumque hora necesse erit, adsint statim infirmorum auxilio.

De vita & honestate clericorum.

 Am aliquid de viuēdi ratione clericorū (pro tractatus huiuscē nostri breuitate) attigimus, quod nunc breui compendio, vel etiam aliquid superaddere superfluum fore non existimauimus.

Frequentibus exemplis compertum est verissimum esse illud, sacerdos si peccauerit: peccare secū faciet populū. Nihil enim est quod facilius sibi imitādum proponat plebecula, ipsa sacerdotum vita: qui tanquam præceptoris atque morū formatores inter reliquos Christianæ religionis cultores celsiore loco cōstituti, si aberrauerint alios secūm in ruinā protrahunt. Nam (authore Augustino) quicquid vident eos facere, sibi credunt licere.

Nos itaque sub tremendi iudicij obtestatione omnes & singulos huius nostræ diœcesis sacerdotes hortamur in domino, & qua fungimur potestate, monemus, vt gregi solicitudini nostræ commisso studeant sanctioris vitæ exemplum esse, luceāntq; corā hominib⁹ corū opera,

vt qui viderint Deum glorificant, sintque illud sal Euangelicum in ministerio verbi vigilantes, verique vineç domini cultores folliciti, plantent, euellant, dissipent, disperdant: & cum indefesso animi, corporis que studio, que veram Christianorum pietatem respiciunt, edificant.

Ea enim (Apostoli testimonio) ad omnia utilis est, nobis vero per necessaria, qui tanquam Dei mediatores & hominum, constituti sumus, ex hominibus assumpti, ut iugiter dona & sacrificia pro populi delictis offeramus.

Omnes itaque sacerdotes exortamur, ut animari saluti toto studio incombant, pro quibus Christi sanguis preciosissimus, effusus est, & quarum sanguinem de negligentium manibus sacerdotum se requiritur, minatur dominus. Infirmorum, orphanorum, viduarum, peregrinorum, atque egenorum subleuandi necessitatibus promptissimos se, liberales atque obsequientissimos praebant.

Sal ex eorum ore, gestu, opere, ac vestitu, quam desideratissimam sapientiam scriptura nominat.

Vestitus sacerdotum expectoratus non appareat, sed a collo desuper unde cunque clausus,

clausus, nec non à manicis lateribus, & retro. Vestis sit talaris, neque nimia amplitudine superflua, neque plus quam parsit constricta: in qua clericalis ordinis honestas & modestia deprehendatur: nō autem fastus, iactantia, vel sathanicæ elationis vitium.

Ab annulorum delatione (nisi qui summos gradus studiorum acquisiuere, aut in dignitate constituti) sacerdotes abstineāt.

Comam non nutriant (quod ad dedecus refert Apostolus) néue barbam maximè quæ labra tangere valeat.

Tonsuram habeant, secundum professionis, statūsque sui conditionem honestè rasam:

Inhibemus omnibus, quos sacer ordo adornat, ne colore rubeo, fulueo, vel viridi vitantur neque sacatis caligis, virgata veste, aut partita, lunatis cornutis, à fenestratis calceis, ac froniatis.

Laruati nunquam incedant (quorum à populo vel ipsi passus numerantui) nec pilos deferre assuescunt: sed camalia, quæ statum decent, seu caputia.

Clerici sacramentorum ministri, sacramenta in Ecclesiis parochialibus conferentes, vel confessiones audiētes, aut mis-

fas ordinarias siue extraordinarias cele-
brates, (de quibus lucrum facere solent)
nunquam durante seruitio, saltem verò in
festis annualibus, deiparæ virginis, & die-
bus dominicis, stent in Ecclesia, nisi sup-
pellicio superposito & eo tempore, quo
horæ, seu missa, alta voce decantatur, se il-
lic immisceant ipsi, & simul omnes sono-
ro vocis modulamine psallant (nisi causa
legitima, & apparente præpediti fuerint,
neque interea fabulētur, rideant, aut deā-
bulent. Hæc enim omnia domus oratio-
nis iure abhorret, & cultus diuinus.

In conuersatione cum laïcis, ita se ha-
beant sacerdotes domini, vt neque ex fa-
miliaritate nimia nascatur dignitatis sa-
cerdotalis contemptus, neque ex nimia
austeritate, aut gestus grauitate, habeantur
superbi. Mediocritatem in his seruare o-
ptimum est: & modus in rebus vbiique
probatur.

Puerarum conuiuia & confratriarum
nunquam frequentent, neque ad nuptias
accedant etiam multoties vocati (nisi in-
terueniente sanguinis aut affinitatis con-
iunctione proxima, aut alicuius maioris
amicitiæ vel reconciliationis causa, ad hæc
matrimonij celebritatem inuitentur: quo

casu pabulum corporale frugaliter ac honestè sumentes, astantium multitudinem pabulo salutari, sua modestia (etsi opus sit) verbo vitæ reficiant.

Interdicimus insuper, ne ipsi frequenter & publicè pila palmaria ludāt, aut aliis ludis maximè verò cum laicis. A ludo autem alearum, tarcillorum, chartarum, & similium, qui pendent à sorte sic eos abstinere iubemus, vt nec etiam aliis ludentibus fautores sint, participantes, aut testes. In tabernis publicis, non comedant, bibant, frequentent, nisi dum longè peregrinandum est, vel propter aliam honestam ac salutarem causam.

Interdicimus graui sub pœna ne immisceant se choreis publicis (priuatas etiam summopere fugientes, tripudiationibus tum, ac saltationibus: nec turpes, amatrices, aut lasciuas decantent cantilenas, aut cantantibus faueant vel adsint, ne corrumpant bonos mores colloquia prava.

Quæ omnia cum in omnibus sacerdotibus sint indecora, in illis tamen præcipue, quibus vel cura animarum commissa est, vel qui administrationi sacramentorum, deputati sunt. Nec sint vagi oculis, non dicaces, & non ioculatores, histriones, nego-

tiatores, aut mercatores, plus seculi quam cœli.

Consuetudinem bibendi, aut ad potuum æqualium certamen prouocandi, iure dum improbatum renouari prohibemus. Crapulam, aut ebrietatem, vtpote, in qua fomes est libidinis, & mentis hebetatio abhorrent. Et cum ad Synodum properant, in domos honestas, non suspiciofas diuertant. In quibus sanctæ conuersationis suę specimen ostendant.

Omnibus animarum curam habentibus in nostra diœcesi, quatenus infra mensem à die publicationis præsentium statutorum, ipsi in canonicis horis dicendis. Sacramentorum administratione, in missa & alterius diuini seruitij celebratione vsum nostræ diœcesis assumant, ac teneant, & quicunque aliorum vsum post præfatum tempus tenere præsumperit, graui pœna punietur.

Cognoscentes autem quantum & quam timendum sit periculum si ignari homines & imperiti ad curam animarum administrandum temerariè se ingerat. Hortamur, & districtè monemus omnes sacerdotes, quatenus ipsi summa cum diligentia lectio- ni & sacrarum literarum cognitioni dent

operam , ne alioquin cæci alios secum in precipitium trahat, nihil autem honestius, nihilque delectabilius tali studio sacerdoti esse debet , quo & euitatur omnium vitorum parés ociositas , anima per dulci reficitur pinguedine : at in deum tota erigitur, (ignorantia omnium errorum matre procul propulsa.)

Comparent igitur sibi libros sua professione dignos hunc nostrum imprimis, manipulum Curatorum, baculum pastoralem scutum fidei : quos omnes emere præcipimus, legere & intelligere.

Et cum cœlesti militiæ asscriptis periculoso sit valdè , huius seculi negotijs se se inuoluere , nullus sacerdos alicuius domini temporalis receptionem seu procurationem gerat , neque iudex fiat causarum ciuilium , aduocatus , an procurator in foro seculari : nisi fortè in sua, vel miserabilium personarum causa , pro quibus , gratis & siue aliquo precio (ad diui Iuonis imitationem) patrocinium præstet.

Non sit fœnector Ecclesiasticus, tabellio aut notarius secularis , publicanus, non tabernarius publicus , vel aliud simile officium temporale exerceat.

Sententiam sanguinis neque proferat

neque dicet, neque scribat, (propter irregularitatis periculum) in quam incideret, si ex ea mors sequeretur, vel membra mutilatio, neque deferat arma sacerdos, neque apud se habeat, (cum arma militie eius carnalia non sint, sufficiat armatura Dei, praeces (videlicet) ad Deum, vita puritas, & lachrymæ: nisi urgente necessitate & casibus à iure exceptis. Clericos qui venationibus clamofisis, falconibus, accipitribus, aut similibus passim tempus cōterunt, magnopere improbamus (privilegijs non obstantibus de quibus iactari solent) præser-tim cum hæc omnia publicè fiunt: & ubi tempore diuini officij, aut diebus festis venatum quoquo modo eunt, Patrimonium Iesu Christi, quod in pauperes erogādum fuit, in his consumentes, & huiuscemodi friuolis & prohibitis negotijs. Idem sentiendum de vestimentorum superfluitate fastuosa aut (quod detestabilius est) mere-tricibus, quæ minus, histriónibus, ac ludis prodigunt. De quibus magna cum diligentia à promotoribus informationem fieri mandamus.

Nihil est quo magis sacerdotis nomen illustrari possit, quam si à carnis contagione se immaculatum seruet. Quo enim fre-

quentior imminet pugna, eo victoria celebrior reperitur. Nihil contra, quod villorem ac contemptibiliorem reddat Ecclesiasticum, quam si impuris (ut iumentum in stercore suo) sordibus indormiat, & tabescat, in quibus etiam bona temporalia, tempus ipsum, animam & corpus, necnon rectam mentem, dei optimi maxi-
mi charitatem & proximi dilectionē malè perdit,

Sciant itaque sacerdotes se ad continentiam obligatos. Nosque contra lubricos & incontinentes constitutiones in conciliis generalibus editas, maximè verò in Basiliensi Synodo, innouamus, iubemusque eas in nostra diæcesi inuiolabiliter seruari prohibentes etiam ut à frequentatione locorum suspectorum abstineant, à conuersatione secreta, confabulatione, & ioco cum mulieribus, ex quibus possunt (quæsita occasione) facile in tentationem incidere. Si qui forsitan ex talibus (quod Deus auertat) prolem susceperint illegitimam nunquam illam educari faciant aut patiantur in ædibus in quibus habitant.

Ad horas canonicas discendi tenentur qui beneficium habent, & qui sunt in sacerdis constituti, quas tempore & loco debitiss

enuntiatur aut decantatur, omnes spiritus colligere debent, sibi deum solum præ mentis oculis statuentes: In eumque totā mentem erigentes. Non enim eam probat Deus orationem, quæ in solo sermone, & multiloquio est. Malum est labiis devm venerari (alio vagante animo), Ipsi ego non discurrendo, sed disertè, attentè, ac dilucidè singula verba pronuntient, animūmque diligenter ad ea vertant: & interim mentis habenas continere nitantur, vt interior cogitatio cum pronuntiatione exteriori conueniat.

In qualibet parochiali Ecclesia vbi defunt scolæ publicæ vel priuatæ, ad quas possit iuuentus proficisci: sit semper loci rector eruditus qui illam possit docere, aut doceri faciat, illique familiariter prima elementa interpretari, dominicam orationem, salutationē angelicam, cum oratione, ad beatem virginem, symbolum, confessionem, & quæ in Alphabetico continentur alia, præcepta decalogi &c. Doceat insuper Deum ante omnia & super omnia diligere, timere, & illi seruire, vitia (quasi à facie colubri) fugere, virtuti studere, Christianæque religionis pietatem afflu summo amplecti.



*TITVLVS DE EXCOM-
MVNICATIONE, DE EXECVTIONE
mandatorum, forma & officio
executorum.*

XCOMMUNICATIO est censura à canone vel à iudice Ecclesiastico prolatā, priuans hominem legitima communione sacramentorum. Excommunicationis duæ sunt species, maior & minor. Maior priuat hominem participatione sacramentorum, & consortio hominum: minor verò solū participatione sacramentorum. Vtraque tam à iure quod ab homine inferri potest: veruntamen nō solent iudices de cōsuetudine ferre in aliquem sententiam minoris excommunicationis, Qui participant scienter excommunicatis maiori excommunicatione in colloquio oratione, salutatione, & aliis ciuilibus actibus; incurruunt minorem ex-

communicationem nisi participarent in casibus permisis. Excusarentur enim vxor, filius & aliæ personæ in iure enumeratæ participantes excommunicatis. A minori excommunicatione à iure lata absoluere potest quilibet sacerdos habens exercitium clauium. Absolutio autem maioris excommunicationis quam quis ipso iure incurrit, Episcopis & superioribus prælatis reseruata est. Sed excommunicatus ab homine, siue majori, siue minori excommunicatione, ab eo debet absolui, à quo fuit ligatus.

Effectus principales excommunicationis sunt priuatis communionis sacramentorum & hominum, si maior sit excommunicatio: si minor, sacramentorum tantum. Secundus effectus est priuatio orationum & omnium suffragiorum Ecclesiæ. Est enim excommunicatus, extra communionem Ecclesiæ & fidelium positus. Tertius effectus est priuatio Ecclesiasticæ sepulturæ. Digni enim sunt Ecclesiastica carere sepultura, quos ab unitate Ecclesiæ separauit contumacia. Quartus est quod excommunicatus traditur sathanæ in interitum carnis, vnde diabolus utitur excommunicato sicut rusticus iumento. Traditur

tamē vt spiritus eius saluus fiat. Cum enim excommunicatus videt se priuatum participatione sacramentorum & hominum, tandem rubore perfusus, contumaciam purgat & sanctæ Ecclesiæ se reconciliat. Quare merito dicitur medicinalis, disciplinans non eradicans. Non sit igitur iudex in ferenda excommunicationis sententia præceps, sed discretus & prudens medicus: & ostendat se id prosequi quod est corrigentis & medentis.

Sequuntur casus frequentius occurrentes in quibus incurritur ipso iure excommunicatio.

IN primis omnes qui suadente diabolo iniciūt manus violētas in clericos, religiosos, moniales & conuersos, nisi in casibus à iure expressis, quos enumerat. Innocentius in ca. non dubium, de senten. ex-com.extra. Et qui violentias Ecclesiasticis personis suo nomine illatas habent ratas.

Laici personis Ecclesiasticis exactiones & collectas illicitas imponentes, ac earum iurisdictionem turbantes & impedientes, repreſalias contra personas Ecclesiasticas concedentes consuetudines & statuta aduersus libertatem Ecclesiasticam inducentes, facientes, scribentes, secundum ea iu-

dicantes, eaque seruari procurantes & qui ea de capituloibus suis deleri negligunt, cum eorum fautoribus, nisi moniti destiterint.

Qui de fide male sentiunt, aut dubitant, qui in damna tam hæresim incident, cum eorum adhærentibus & fautoribus, hæreticos sepelientes, hæreticorum inquisitores qui prætextu officij aliquid extorquēt, iudices temporales qui de hæresi cognoscere aut iudicare præsumunt, & laici de fine publicè disputantes.

Literas Apostolicas falsificantes, aut eas cancellantes, abradentes, aliquid addentes aut diminuentes, aut falsificatis scienter vtentes.

Participantes excommunicatis in criminis propter quod maior incurritur excommunicatio. Clerici qui scienter & sponte excommunicatis ministrant in diuinis, ac eos adiuuant, quique excommunicatos, interdictos, & publicos usurarios sepeliunt.

Vsurarij, & vsuras in suis terris exerceri permitentes, domos suas ad exercendam usuram locantes, aut alias usurariam prauitatem in ædibus suis exerceri permitentes.

Religiosi sacramenta Eucharistię, extre-
mæ vunctionis, & matrimonij, sine consen-
su parochialis curati ministrantes.

Contrahentes scienter matrimonium
in gradibus iure diuino, aut humano pro-
hibitis, vel contrahentes cum personis in-
ter quas sunt prohibite nuptię, vtputa cum
religiosis, monialibus. aut in sacris ordinis
bus constitutis. •

Incendiarij Ecclesiarum, & earum viola-
tores & spoliatores, bona Ecclesiae alienā-
tes, nisi in casibus à iure permisſis, decimas
sibi non debitas appropriantes & usur-
pantes, bona Ecclesiae etiam vacantia oc-
cupantes absolutionem à censuris Ecclesia-
sticis per impressionem obtinentes.

Impedientes electiones monialium, op-
primentes eos qui prætio præcibus vel mi-
nis aliquem eligere noluerunt.

Prohibentes cum personis Ecclesiasticis
contrahere.

Sunt præterea alij casus multi quibus ipso
iure quis incidit in excommunicationem,
quos sciéter omisimus, quia non æquè fre-
quenter eueniūt: ne nimia prolixitate in-
genio nostrorum oneraremus.

Sed quoniā obtīgit vt literę nostrę & má-
data à nobis & curiis nostris emanantia

perperam, negligenter, aut tardius, vel etiam nunquam executioni demandentur: iniungimus & præcipimus omnibus & singulis curatis, vicariis, & dictorum nostrorum mandatorum executoribus, quibus dictæ nostræ literæ & mandata executioni demandanda præsentabuntur: sub pœna emendæ arbitrariæ, ut literas ipsas & mandata, illorūmque latores cum debita reverentia & honore recipiant, & illa fideliter exequantur secundum eorum variam formam inferius scriptam: & illa indilatè reddant exequuta dictis latoribus absque exactione illicita: dictosque latores defendant & protegant, faciántque recedere sine aliquo periculo & damno eisdem propter hæc inferendo.

Vt autem dictarum citationum, literarū & nostrorum mandatorum executio legitime fiat: formas debitās (ut inferius describuntur) obseruari volumus & mandamus: videlicet ut illorum executio fiat per clericos ætatis competentis, & sufficientis literature, qui sint cogniti, & qui exequātur predicta mandatata secundum tenorē eorumdē ad personam nominati in dicti mandato, si commodè apprehendi possit: sī autem, ad domiciliū cum insinuatione

contentorum in ipso mandato alicui iam puberi & scienti referre de familia nominati in citatione: aut si possibile non sit per affixionem & dimissionem copie mandati ad ostium domus in mandato nominati cum insinuatione & intimatione facienda alicui ex vicinis, & si nominatus deseruerit domicilium, & illius nouum ignoretur fiet executio in proris Ecclesiæ cuius erat parochianus: scilicet hoc tantum cum nostro aut nostri officialis decreto.

*Formæ executionum hæ sunt: & primo
literarum citationis simplicis.*

Ego N. executus sum vel executioni demandaui presentem citationem vel mandatum citando. N. ad personam suam, si executor allocutus est citandum.

Forma executionis ad domicilium.

Ego. N. executus sum, &c. ad domicilium. N. nominati in dicto mandato, alloquendo. N. videlicet illum quem de familia aut domo aut vicinis executor est allocutus.

STATUT. SYNOD.

*Forma executionis per affixionem
· citationis.*

Ego N. executus sum. N. per affixionē copiæ citationis ad domicilium. N. citandi: quia nec ipsum nec aliquem de familia aut domo apprehendere potui: & intimau vel insinuaui. N. vicino nominati.

Forma executionis in pronis.

Ego N. in pronis misse parochialis aut vesperarum clare & intelligibiliter executus sum presens mandatum. N. citando coram. N. ad diem in albo mandati contentum. Datum vel actum anno & cetera.

Volumus tamen & ordinamus in his omnibus executionibus annum & diem & aliquem ex presentibus (si qui sunt) semper apponi.

*Forma executionis literarum in termi-
nis generalibus.*

Ego N. executus sum mandatum in albo scriptum pro monitione publicando & declarando in pronis misse parochialis aut vesperarum contenta in dicto

dicto mandato: Anno. N. die. N.

Et eadem forma & modus obseruentur
in executione pro excommunicatione,
aggrauatione, & sic deinceps, mutatis no-
minibus secundum variam formam man-
datorum & executionum.

*Forma executionis de nisi, &
condemnationis.*

E Go. N. talem. N. in literis aut manda-
to nominatum iniunctione prius per
me facta, pro ipsius recusatione, & defectu
solutionis contentorum in dictis literis
seu mandato, denunciaui excommunica-
tum ad personam suam, vel alloquendo.
N. de domicilio aut familia, vel per affi-
xionem ad domicilium, praesertim si in di-
&ctis literis domicilium elegerit.

*Forma executionis literarum annexae
& monitionis solutionis.*

E Go. N. executus sum praesentes lite-
ras vel mandatum pro monitione ad
personam. N. in domicilio. N. Et sic pro
excommunicatione & aggrauatione.
Quia si debitores praedictæ motioni,

iniunctioni, executioni vel alij publicationi & fulminationi dictarum literarum & mandatorum se opposuerint: per executorem literarum dies assignetur opponenti competes, & secundum locorum distantiam, ad dicendum causas suæ oppositionis.

Cuius relationis & executionis talis forma erit, & addetur ad superinsertas executions: Cui monitioni, fulminationi aut iniunctioni vel executioni dictarum literarum vel mandati se opposuit. N. & illi assignauit diem. N. ad dicendum causas suæ oppositionis coram officiali nostro, aut alio iudice. N. à quo emanarunt dictæ literæ seu mandata. Actum anno. N. & dic. N. Et si qui præsentes fuerint, apponantur.

Curati verò & sacerdotes vel alij dictorum nostrorum mandatorum executores cautè & diligenter animaduertant, ad contenta in dictis literis & mandatis: & illa secundum eorum formam & tenorem exequantur, neminemque ad oppositionem recipiant, illi assignando diem ad dicendum causas suæ oppositionis, nisi id in dictis literis & mandatis expressè contingatur: & hoc duntaxat secundum tenorem & formam mandatorum, & non alias

nec aliter.

Inhibentes eisdem curatis, vicariis tunc ab eis deputatis, & executoribus, ne prædictas literas & mandata exequantur, nisi sint nostris sigillis vel curiarum nostrarum munita, eaque viderint & inspexerint.

At verò ut dicti curati vel eorum vicarij & executores dictas nostras literas & mādata fidelius, & diligentius adimpleant & exequantur, & ne habeant vnde conqueri possint illis ordinamus & concedimus petere posse pro executione citationis videlicet cuiuslibet citati vnum denarium turonensem in ciuitate, extra ciuitatem, & ruri duos denarios turone.

Pro executione contumaciæ & qualibet executione cuiuslibet censuræ inde dependentiis duos denarios turonenses.

Pro qualibet executione literarum condemnationis & taxationis expensarum & qualibet executione censuræ exinde dependentis tres denarios turonenses.

Pro executione & relatione ad dorsum literarum monitionis, videlicet pro monitione quinque denarios turonenses, & tantūdem pro excommunicatione & qualibet executione inde sequenti & relatione ad dorsum scripta.

S T A T U T . S Y N O D .

Pro qualibet ratione opponentis, quæ per eos executores dabitur opponenti vel impetranti separatim à dictis literis, quinque denarios turonenses.

Pro relatione & executione literarum rogatoriarum aut annexæ nostræ vel nostri officialis super literis obligatoriis vel aliis & qualibet executione inde dependente quinque denarios turonenses.

Pro publicatione cuiuslibet banni quinque denarios turonenses.

Pro relatione bannorum ut alibi matrimonio copulandi nubant, quinque denarios turonenses.

Executiones vero citationum & mandatorum & officio nostro, seu ad solius promotoris nostri instantiam emanatas, gratis adimplere & exequi tenetur.

De cætero curati & vicarij eorum non publicent aliquam monitionem, nisi mandatum generale legerint diligenter, & contulerint cum breueto & extractu qui fit in lingua vulgari & viderint si dictum breuetum seu extractum sit conformis originali.

Excommunicatos nullatenus inhirmet, licet in extremis diebus creditoribus suis

de debito satisfecerint coram eisdem presbyteris, vel etiam si cessionem bonorum fecerint, nisi absolutionem à nobis vel officiali nostro à quo fuerunt excommunicati, obtinuerint.

Vt excommunicati rubore confusi, ad humilitatem & reconciliationis affectum citius inclinentur: volumus & præcipimus ipsos excommunicatos expressis nominibus & cognominibus illorum singulis diebus dominicis in pronis Ecclesiarum assistente & audiente populo publicè publicari: inhibentes ne in eorum præsencia diuina celebrent, sed eos curent prius per se vel per alium eiici: euocantes in auxilium reliquos Christi fideles illic præsentes, sub pœna emendæ.

Nomina & cognomina ipsorum excommunicatorum, & ad instantiam quorum, & pro qua causa, & virtute quarum literarum sint excommunicati, in suo registro ipsi rectores seriatim scribant, cum annotatione anni & diei latè excommunicationis: ac eodem modo & in eodem registro scribant absolutiones: quoniam sèpissimè contingit vnam & eandem personam ad instantias diuersorum excommunicari.

Statuimus & iniungimus rectoribus pa-
rochialium Ecclesiarum vt de cetero om-
nes excommunicatos in suis registris pos-
tos, & in excommunicatione diu stantes
in qualibet Synodo promotori nostro Au-
relianensi in scriptis nominatim tradant.

Alium quempiam non committant ipsi
rectores ad prædictarum literarum nostra-
rum executionem faciendam , nisi vbi pa-
rochialis Ecclesia esset nimia populi mul-
titudine onerosa & oppressa ; aut alia
emerserit seu euenerit necessitas aut cau-
sa. Quo casu , ad reuelendum ipsos recto-
res , concedimus eisdem committere vnū
vel duos presbiteros sibi notos & fideles,
ad præfatarū literarum nostrarū faciendā
fidē. Quos tamen sic commissos nobis aut
officiali nostro prius presentabunt : vt co-
ram nobis iurent sibi commissa fideliter
exercere : & quod inde fecerint ad regi-
strum commune ipsorum rectorum refer-
re & rescribere sub signo suo manuali : vt
de præmissis omnibus & eorum singulis
valeant & possint ipsi rectores debitam
reddere rationem.

De testamentis, & eorum executoribus.

Vltimæ voluntatis liberatem multis atque amplis fauoribus illustrauerunt humanæ constitutiones inter cetera authoritatem legis concedentes. E- quum siquidem est, quod nunquam quisque post mortem de rebus propriis disponere voluerit, firmum illibatumque seruari.

Curatus aut vicarius recipiens testamētum, adhibeat ad minus duos testes idoneos notos rogatos ad hoc: qui audiant ex ore proprio testatoris omnia ab eo ordinanda, & qui valeant proprio testimonio scripta in testamento comprobare, si forte in contentionem reuocentur.

Quæ expisserit testator: sic scribant, ut intelligent non esse licitum quidpiam addere aut detrahere. Contenta autem in minuta seu scheda quam coram testatore scripserint, posteā transcribant in suum registrum seu protocolum: quod tenebuntur habere semper domi apud se, in quo per ordinem describentur singulorum parochianorum vltimæ voluntates: & à recipié-tibus subsignetur, quod quoties erit ordinatū, tenebūtur in singulis Synodis exhibi-

bere, vel alias instantibus promotoribus nostris.

Si forte contingat curatum aut vicarium mori, cedere beneficio aut firme, vel alias abire à loco beneficii: relinquere præfatū registrum successori compellatur vicarius, vel hæredes illius eo mortuo: ne fides gestorum pereat. Sciant autem omnes quod solus curatus vel vicarius cui est demandata cura animarum, aut alii specialiter & scripto deputati à nobis, vicariis aut officiali nostro, sunt capaces recipiendorum testamentorum & in forma ponendorum.

Districte iniungimus omnibus & singulis cuiuscumque status qui testamēta recipiunt, quatenus ipsi mox vbi ad testatorū accesserint, exhortentur cum quatenus in condendo testamento primam habeat cōsiderationem satisfaciendi proximo, cui lege diuina est obligatus ita facere, quemadmodum secum cupit agit: ut si alienum occupat, restituat. si damnum dederit, aut injuriam fecerit, prout sibi erit possibile, satisfaciat.

Impediant testantes ne curiosas, ambitiones, aut vacuas ordinationes vel alias contra iura quidpiam ordinent: in quibus

minus sanæ mentis indicia deprehenduntur. Eorum tantum testamentum recipiat qui sunt sanæ mentis, maiores quatuordecim annis: quorum ipsi voluntatem perfectè intelligere possint. In testamentis usurariorum ea seruētur que in cap. quodquod de usur. in vj. continentur.

Pluribus executoribus simpliciter deputatis, aliquibus absentibus, mortuis vel impeditis, potest etiam unus, si solus sit presens, liberè officium executoris exequi nisi aliud testator prohibuerit: ne ultimarum voluntatem executio plus equo differatur.

De sepulturis.

Non ab re esse arbitramur patriarchas, Prophetas, aliosque religiosissimos viros curam sepulture non mediocrem quodam habuisse. Sic emit sibi sepulchrum Abraham. Sic maxima impensa reliquię Iacob & Joseph referūtur in Ebrō. Sic Propheta qui præceptum domini trāsgressus fuerat: pro parte supplicii, à sepulchro maiorum arcetur. Sic Thobias sepeliens mortuos deo placuit angelo

etiam hospitio suscepto. Sic tam solemnis sepulturę Christi mentio in euangelio habetur: quam proprio ore eius prædixerat. Legitur Philippū sibi & filiis sepulchrum ædificasse: & testantur historiæ Ecclesiasticæ in primitua Ecclesia Christianos variis solitos se obiicere periculis ut corpora martyrum sepelirentur.

Pompa funeris, & exequiarum superflui ac inanes sumptus restringendi sunt, & potius in pauperes aut alios usus pios conuertendi. Idque moneant curati & vicarij suos parochianos, ne superfluam curam talium gerant: eosque doceat, mortuis posse viuos subuenire, vel oblatione sacerdotis, vel precibus ac orationibus, aut propriis, aut sanctorum, aut charorum elemosynis, aut iciunio cognatorum.

Prohibemus ne non vocato curato cadauera mortuorum extra suas Ecclesias parochiales (nisi aliter authoritate iusticiæ ordinatum sit) extrahantur. In his autem locis sepeliendi sunt mortui, videlicet primo in loco quem ipsi elegerunt. Si autem moriens, locum sepulturæ suæ non designauit: apponatur in sepulchro maiorum, si haec defunt, in cemiterio illius Ecclesiæ tumuletur, ubi viuens domicilium habe-

bat. Si autem acciderit aliquem dum rus inuisit, vel alias peregrè profectus est extra domicilium, ab hoc seculo migrare: in alterum præfatorum locorum reportetur, si id commodè fieri possit.

Quocunque loco quis sepeliatur, canonica portio Ecclesiæ parochiali in qua domicilium tempore mortis habuit, debetur. Iustum est enim ut temporalia metat, qui spiritualia docuit viventem.

Sepultura, preces, & cætera quæ solemniter in his fieri consueuerunt, liberaliter impendantur, & etiam alia sacramenta à sacerdotibus, nulla precij iniusta mentione. Sed post præstitum obsequium poterunt vel viui, vel hæredes defunctorum aut executores compelli officio iudicis secundum antiquam ac laudabilem confitudinem.

Sequuntur ii quibus deneganda est Ecclesiastica sepultura.

PRIMO excommunicati, aut ab homine, aut à iure, nisi prius absoluti fuissent ab iis qui absoluendi ius habent.

Iudæi, hæretici, & qui in notorio aut manifesto peccato mortali obeunt mor-

STATUT. SYNOD.

tem, ut sunt ij qui sibiipsis mortem inferrunt, qui in furto vel latrocinio occiduntur, vel ebrijs pereunt.

Doli capaces qui obeunt mortem non facta peccatorum confessione, & corum absolutione obtenta.

Qui eo anno quo decedunt, non accesserunt ad sacramentum Eucharistiae.

Peregrini & viatores incogniti; nisi testimoniales literas suorum curatorum habeant quod Christiani sunt, & nullo vinculo excommunicationis innodati.

Quicunque lauacro baptismi non sunt regenerati.

Vsurarij manifesti; qui pugnantes in duello moriuntur, raptore, incendiarij, monachi qui morientes deprehendantur habere proprium.

Quibus ac similibus canonica interdictatur sepultura, nisi emendati, & peracta poenitentia obeant, vel per nos aut per nostrum officialem ex causa fuerit dispensatum.

Curati seu vicarij faciant registrum eorum qui in suis Ecclesiis moriuntur: quod continebit nomen & cognomen defuncti, patriam, domicilium, annum, & dicm.

*De Ecclesiis, cemeteriis, ac eorum
immunitate.*

 Vnde domum domini deceat sanctitudo, sitque locus orationi dedicatus: in his cessent vaniloquia, luxuriosa colloquia, confabulationes, deambulationes, discursus, vniuersitatum aut societatum concilia, aut contractus prophani illic tatum audiatur sermo diuinus, concetus psalmorum, orationes ad Deum fundantur: cesset strepitus, clamor, fastus omnisque irreuerentia, cæteraque omnia quæ vel diuinam maiestatem offendere possunt, aut scandalo esse alij, aut quoquo modo seruitio diuino esse offendiculo.

In Ecclesiis aut cemeteriis cessent conuiua, comedationes, ludi, lusus, cantilenæ, comedie, & spectacula, negociationes, foræ, nundinæ, mercatus, iudicia secularia.

Cemiteria sic vndique claudantur, ut bruis ad ea nullus accessus esse possit.

Ecclesiæ autem polluuntur his modis, videlicet sanguinis humani iniuriosa in illis effusione, semenis emissione, si

infidelis aut excommunicatus ibi sepeliatur: aliisque modis in iure comprehensis.

In Ecclesia vel cemiterio polluto non licet Christianum hominem tumulare: neque aliquod diuinum officium celebrare ante reconciliationem.

Per pollutionem Ecclesiæ polluitur cemiterium Ecclesiæ coniunctum, non ab ea separatum. Per pollutionem verò cemiterij non polluitur Ecclesia etiam contigua. Per pollutionem autem vnius cemiterij, aliud etiam contiguum cemiterium non censetur esse pollutum, etiam si pariete tantum medio diuidantur; & per vnum ad aliud habeatur accessus.

Iniungimus ut mulieres in templis extra chorum sedeant, maneantque separatae à viris in posteriori parte Ecclesiarum, quoad commodè fieri poterit.

Laici non occupent locum deputatum sacerdotibus ministrantibus & seruitium Ecclesiæ celebrantibus, sed & proximum locum altaris relinquant vacuum & liberum dictis sacerdotibus & clericis.

De questoribus.

JAM ad id prolapſa eſt quæſtorum conditio & ſtatus, vt quæſtus tantum gratia, non ob Dei honorem vel religionis zellum per dioceſes & parochias vagentur: ſuntque homines, vt plerumque, illiterati, ebriosi, leues, impudici, vagi, verbosi: quorum vita ſcandalο ut plurimum eſt reliquis Christianis. Ob id prohibemus ne recipiantur pretextu quarumcumque literarum, niſi prius oſtentant literas noſtras aut vicariorū noſtrom ſanas & integras, ſubſignatas à ſecretario, ſigillique noſtri appenſione munitas, non rafas, ſed omni ſuſpitione falſi carentes: eaſque legant & videant curati, aut eorum vicarij: intelligentes quòd ſi dictos quæſtores agentes contra noſtra ſtatuta tolerauerint graui emanda plecten- tur. Si autem ipsi prohibere non poſſint, nec ſtet per eos: ſtatim vicarijs noſtris aut officiali noſtro id ſignificant.

Permittant dictos quæſtores exponere populo contenta dum taxat in articulis quos deferat ſubſignatos à ſecretario, ſine vlla predictione.

Ne autem plebi sollicitudini nostræ commissæ, per varias fraudes & quæstorum figmenta illudatur: prohibemus ne curati vicarij eorum aut alij viri Ecclesiastici permittant dictos quæstores exhibere populo venerandas aliquas reliquias, crucem aut sanctuaria (compertum est enim eos in graue status Ecclesiastici dedecus et populi Christiani scandalum multa facta & vana & falsis titulis prænotata coli & venerari fecisse) nisi forte hæc in literis nostris nominati continerentur.

De confratribus.

Verisimile est confratrias ab antiquo originem à charitate & deuotione fidelium duxisse: hodie autem (quod dolentes referimus) hominū charitate refrigescente, omnia in deterius relabuntur: & quæ ad salutem populorum recta inuenta & instituta fuerant, facta sunt in ruinam & scandalum. Cum ergo & iure communi & consuetudine immemoriali cognitio talium ad nos spectet, sitque in variis Ecclesiis nostre diocesis effrenatus & intolerabilis numerus confratriarum

rum, quæ facte sunt instrumentum & occasio, maxime rusticis, se ingurgitandi & inebriandi, lucis prohibitis sua desperendi monopolia faciendi, & quæ ab antiquo in usum pium legata sunt, conuertendi in usus quorumdam priuatorum que earum administrationem affectant, ea occasione utentes ad occupandum per sacrilegium bona & redditus illarū: ordinamus & statuimus quatinus infra sex menses à die publicationis horum statutorum Synodaliū prouisores vel confratres dictarum cōfratriarum afferent & exhibeāt nobis aut saltem officiali nostro institutionem dictarum suarum cōfratriarum & statuta siqua habent in suis confratriis, ac instruant nos de forma & modo quem in eis seruant, de quantitate reddituum, & in quos usus convertantur: ut sic possimus ea in quibus notoriè & passim in nostra diœcesi, malè peccatur ad sobrietatē ad modestiā reuocare, alioquin lapsis sex mēsib⁹ prædictis, interdicimus omnem baculorum delationē: in iungentes omnibus sacerdotibus nobis subditis ne ipsas comitentur, aut illis deseruiant, easdem omnino abolentes.

In istis, comediationes, choreę, tripudia, histriones, mimi, ludi cessent. Delationem autem baculorum temperare instituimus;

prohibentes omnino imagines que deferruntur in baculis, remaneant in domibus laicorum sed statim referantur in ecclesiam.

Nouas confratrias instituere prohibemus sine permissione nostra vel vicariorum nostrorum: quibus etiam inhibemus ne nouas erigi patiatur, nisi cum graui & magna causa.

Confratriarum prouisores, gagiatores siue economi Ecclesiarum parochialium tenentur solitum prestare in initio suscepiti officii coram officiali nostro iuramentum. Mutenturque post biennium aut triennium, reddituri de receptis & solutis coram iudice Ecclesiastico, aut eo absente coram promotoribus aut aliis per nos deputandis, fidelem rationem.

De festorum obseruatione.



Vltitudo festorum onerosa est multum tenuis vitæ hominibus: qui cum his diebus ab operæ cessare iubentur egere aut mendicare compelluntur. Hinc etiam factum est ut plerique assuescerent his diebus ociositati, inertie, crapule, blas-

phemiis, ludis illicitis & lubricitatibus. Propterea existimamus conducibilius & laudabilius futurum si aliquot festorum obseruationem reponamus in arbitro & deuotione vniuscuiusque fidelis à precepto Ecclesiæ excludentes.

Ne autem cultus diuinus vlo modo immuinatur: ordinamus ut missæ & seruitia quæ in diebus festis sublati solebant fieri, ita in Ecclesia fiant quemadmodum ante hac solita erant fieri, neque aliquid immutetur, nisi aliter ex causa statuendum esse propter interesse curatorum.

Reliqua festa quæ sub præcepto Ecclesiæ continebunt, districtius seruari præcipimus. Abominandum siquidem & impium est si illius diebus qui deo & sanctis dicati sunt, magis peccetur, aut Christus offendatur. Itaque monemus omnes subditos nostros illis diebus seipso feruentius ad orationem & dei seruitium excitare & stimulare, in Ecclesia conuenire cum multa reverentia, sacro adesse & cōcionibus verbi diuini totosque illos dies diuino mancipare seruitio.

Cessent illis diebus iudicia, causarum cognitiones, venditiones, mercatus, commissiones, ebrietates, ludi, nundinæ;

STATVR. SYNO^D.

precipientes promotoribus nostris, curatis aut vicariis Ecclesiarum parochialium, contra facientes citare coram nobis aut officiali nostro.

Factores tenebrarii, vel quicunque vendunt virtualia: durante missa parochiali, vesperis, ac concione verbi diuini, omnino cessent à venditionibus, & omni nego- ciatione alias statim in ius trahantur, nisi ex causa necessaria.

Si die festo meridiem fiat concio verbi diuini: statim in exitu in Ecclesiis parochialibus inchoetur vespertinum officium deinde anniversaria si quæ sint dicenda, incipientur in exitu vesperarum. Si autem non fiat concio verbi diuini post meridiem: incipientur vesperæ hora secunda in ciuitatibus, & deinde inchoabuntur vigiliae. Cōcio autem verbi diuini post meridiem incipietur pulsante statim hora prima, vel pauloante.

Volumus quòd si in edibus alicuius diebus festis exerceatur aliquis ludus, vel palmae, vel alijs, prēcipue durante magna missa, concione verbi diuini, & vesperis: quòd statim magister domus necnon lusores in ius trahantur. Iniungimus autem promotoribus nostris, curatis & vicariis

Ecclesiarum parochialium, contra tales diligenter inquirere, & culpabiles statim in ius vocare: ut digna mulcta ipsi puniantur.

Sequuntur festa quæ sunt de præcepto.

In mense Ianuarij.

Festum Circoncisionis Domini.

Festum Epiphaniæ Domini.

Festum sanctorum Fabiani & Sebastiani.

In mense Februario.

Festum Purificationis beatæ Mariæ virginis.

Festum sancti Mathiæ Apostoli.

In mense Martio.

Festum Annunciationis virginis Mariæ.

In mense Aprili.

Festum sancti Marci.

Festum sancti Georgij.

In mense Maio.

Festum sanctorum Philippi & Iacobi Apostolorum.

Festum Inuentionis sanctæ Crucis.

Festum liberationis Aurelianensis, usque post processionem & concionem verbi divini, in urbe tantum.

STATUT. SYNOD.

In mense Iunio.

Festum sancti Barnabæ Apostoli.

Festum sancti Auiti.

Festum sancti Ioannis Baptistæ.

Festum sanctorum Petri & Pauli Apostolorum.

In mense Iulio.

Festum beatæ Mariæ Magdalenaæ.

Festum sanctorum Iacobi & Christophori.

Festum sancte Annaæ.

In mense Augusto.

Festum sancti Laurentij.

Festum Assumptionis virginis Mariæ.

Festum sancti Bartholomæi.

In mense Septembri.

Festum sancti Euurcij.

Festum nativitatis virginis Mariæ.

Festum exaltationis sanctæ Crucis.

Festum sancti Matthæi Apostoli & Evangelistæ.

Festum sancti Michaëlis.

In mense Octobri.

Festum sancti Lucæ Evangelistæ.

Festum sanctorum Simonis & Iudæ.

In mense Novembri.

Festum omnium sanctorum.

Festum commemorationis defunctorum,

vsque ad meridiem.

Festum sancti Verani, in ciuitate Iargo-liensi tantum.

Festum sancti Martini.

Festum sancti Aniani,

Festum sancte Catharinę.

Festum sancti Andræx.

In mense Decembri.

Festum sancti Nicolai.

Festum Conceptionis Mariæ virginis.

Festum Thomæ Apostoli.

Festum nativitatis domini.

Festum sancti Stephani protomartyris.

Festum sancti Ioannis Euangelistæ.

Festa mobilia de precepto.

Festum veneris sanctæ, vsque post matutinale officium.

Resurrectio domini, cum duobus diebus sequentibus.

Ascensio domini.

Festum Penthecostes, cum duobus diebus sequentibus.

Festum sanctissimi sacramenti.

Festa parochiarum, & dedicationis ipsarum, infra metas parochiarum ab antiquo solita seruari, & non alias.

Omnes dies Dominicales.

Alia autem festa quæ in calendis breuiariorum continentur, p̄incipiè ea quæ antiquitus sub præcepto erant Ecclesiæ, annuncient curati in pronis Ecclesiarum: declarantes quòd quamuis extia p̄ceptum sint, piè tamen ac sanctè facturos eos qui illa seruauetint, illis diebus se feruentius diuino cultui mancipantes, & diligentius à contagio vitiorum seruantes.

Solent plerique, si fortè die Sabbati cœniat festum quod est sub præcepto, nulla ratione habita honoris Dei, religionis, festi, & præcepti, negociari & operari etiam publicè. Ideo ordinamus. ut de cætero talia cessent, abstineantque omnes à talibus, seruenturque diligentius festa: iniungentes curatis ac vicariis ut frequenter in pronis Ecclesiarum edicant plebi, ut si vel necessè eis sit venire in urbem, aut negociari vel operari: id agant die præcedente festum: ut sic eo die possint quiescere ab omniorum opere. Illi quem contrauenire repertrint, statim assignent diem, ad postulationem promotoris coram officiali nostro: & diem per eos assignatam notificant promotori. Si autem id neglexerint sacerdotes poena negligentiae ab eis exigetur. De-

cet enim eos vigilantis pastoris officium
præstare.

*De proponendis populo per sacerdotem
parochialem.*

 Cribit Paulus ad Thimothæū: Qui bene præsunt presbiteri, duplice honore digni habentur, maximè qui laborant in verbo & doctrina. Per hoc ostendit Apostolus eum digniorem inter ceteros qui legem domini docet, & populum instruit: quoniā ut est scriptum apud Danielem: Qui multos ad iustitiam erudiunt fulgebunt ut stellæ in perpetuas æternitates. Et ut testatur Salomon. Eruditus in verbo, reperiet bona. Hæc sunt talenta quæ super lucratus est seruus bonus & fidelis: quem dominus gaudens intromittit in gaudium suum, id est in vitam æternam. Itaque filij & fratres in Christo dilectissimi, secundum eiusdem Apostoli doctrinam hortamur atque obtestamur per aduentum Iesu Christi, qui iudicatus est viuos & mortuos, & regnum eius prædicare verbum instanter opportunè, importunè: arguite, obsecrate, increpate,

in omni patientia & doctrina.

Quemadmodum autem non possumus satis laudare eos qui & sciunt & docent quę dei sunt: sic etiam monemus indoctos ac simplicitate nimia preditos viros ne temerariè se immiscere audeant ad docenda ea quæ non intelligunt: ne æcus cecō ducatum prestet, & vna ambō in foueam tādant. Satius est enim multò filere, & sua simplicitate contentum esse, quod docti officium usurpare, & docere velle quòd non didicis, & loqui quod nescit, cum suo & aliorum periculo.

In docēnda autem plebe, & instruenda, ante omnia considerare dēbet qui prædicat verbum Dei, vt vtilia & conuenientia ac propria auditoribus doceat. Dat Paulus nouiter instructis lac potum, non escam. Et Christus docet discipulos suos in monte, tanquam sublimioris disciplinæ capaces. Cum autem vult docere turbas, descendit de monte, videlicet ab altioribus & maioribus ad leuiora humiliora & faciliora.

Ordinamus ut in Ecclesiis parochiali- bus sitis ruri, per singulōs menses ad minus vna die Dominica presbyter in proximis annunciet alta voce & intelligibili de-

cem præcepta decalogi, & articulos fidei, verbis maternis, secundum quod inferius impressi sunt: instruens pueros & puellas ut discant omnes ea quæ sunt fidei, & præcepta memoriter scire & intelligere.

Admoneant frequenter rectores parochialium Ecclesiarum suos parochianos frequētare & visitare suam Ecclesiam parochialem: diebus dominicis & festis, solemnibus maximè, integraliter ac deuotè audire propriam missam: ad omnia illa quæ in pronis singulis diebus dominicis præcipiuntur & denunciantur, diligenter attendere: ne per ignorantiam contingat eos peccare. Quia si legitimo cessante impedimento per tres dies dominicos neglexerint suam missam parochialem: statim promotoribus nostris denuncient: ut secundum contemptum & qualitatem delicti vel negligentiae puniantur.

Et quia valde periculosest in mortali peccato diutius torpescere, prout etiam supra in titulo de pœnitentia continetur, & quotidiana docent exempla: statuimus ut qui animarum curam gerunt, hortentur & moneant suos subditos ut frequenter sua peccata confiteantur. Et ut populus ad id facilius inducatur: in quolibet festorum

solennium, vngiti dies indulgentiarum
verè pœnitentibus & confessis, in domino
misericorditer impartimur.

Moneant etiam eos ut tempore infirmitatis aut pestis, & ubique verisimile periculum mortis imminet, ut quia forte sunt mare nauigaturi, per periculosa loca transituri: quod cito & opportunè fieri poterit, confiteantur, non expectantes tempus grauioris infirmitatis, aut presentis & instantis periculi. Monebunt similiter mulieres pregnates, propter periculum puerperii, ut preueniant tempus partus.

Tēpore quadragesimali sepissime admonent illos precipue qui per annum integrum distulerunt confiteri, ut tempore debito confiteantur, non differentes (ut faciunt plerique) usque circa finem hebdomadæ sanctæ: ne propter eorum moram, diuinum impediatur officium, aut minus debitè compleatur: eis cōminando, quod si qui reperientur qui usque ad præfatos dies confiteri distulerint, non admittentur ad pœnitentiam nec ad sacramentum eucharistiae, nisi post festum Paschæ, quod facere poterunt curati & eorum vicarii, cessante tamen periculo & scandalo omni.

Instruant frequenter suos parrochianos

ut filios suos cum primum ad annos discretionis peruerent, in fide catholica & in iis que ad salutem animæ pertinent, fideliter & diligenter erudiant, ac erudiri faciant: eos educantes in dei timore & dilectione. Addiscant in primis orationem dominicam salutationem angelicam, articulos fidei, præcepta decalogi & Ecclesiæ. Et cum prima etas sit prona & facilis ad delinquendum, & plerūque in peiora ruat, nisi lora retraxerit usus: moneant parentes ut quod diu filii & filiæ sint correctiones patientes, eos doceant & corrigan, arguant & corripiant: ne sicut Hely summus sacerdos qui filiorum suorum excessus efficaciter non corripuit, diuinæ animaduersionis vindictam excipiant. Quantum ad baptismum & alia sacramenta instruant plebem sibi commissam, & doceant ea que plenius supra in tractu sacramentorum continentur.

Inhibeant parentibus ne pueros suos ante biennium aut aliud legitimum tempus permittant se cum in lectis suis iacere, sed separatis in cunabulis eos dormire faciat, propter periculum oppressionis eorum, quam ex negligentia & indiscretione parentum in hac nostra diocesi sepe contine-

gisse nouimus. Et si fortè casus iste contigerit (quod tamen Deus auertat) parentes quorum culpa & negligentia id acciderit, aut nos ad pœnitentiarium nostrum remittatur, ut pro talibus ausis imposta pri^o condigna pœnitentia, beneficium absolutionis obtineant.

Inhibeant etiam omnibus subditis suis ne ab alio quod à proprio curato aut ab co-deputatis percipient sacramenta, sub pœna excommunicationis, absque legitima excusatione, aut petita à prædictis licentia. . .

Doceant plebem sibi commissam atten-tè & deuotè se habere in Ecclesia, maximè cū sacra celebrātur officia: non deambula-re per Ecclesiam, non confabulari. Dum sacrum legitur Euangeliū, omnes con-surgant attenti: masculi disco operto capi-te. Et ubi nominatur nomen Iesu: omne genu flectatur, non solum corporis sed mentis. In eleuatione preciosissimi corpo-ri & sanguinis Christi, manibus iunctis & genibus flexis tam excellentissimo sacra-mento debitam exhibeant reuerentiam, cæterisque Ecclesiæ sacramentis.

Saltē semel in mense moneātur executo-res testamentorū, vltima testantiū volun-

cates fideliter & diligenter implere infra tempora à iure statuta, & maximè quantum ad restitutionem usurparum, aut alias male ablatorum, quantum ad legata Ecclesiis pauperibus, & ad alias pias causas relicta. Quia si qui negligentes reperiuntur: statim promotoribus nostris denunciantur: ut per nos aut officialem nostrum compellantur predicta testamenta adimplere.

Considerantes quòd sit periculosum: in sententia excommunicationis diutius remanere: precipimus omnibus curatis aut eorum vicariis nostre diocesis sepe admonere excommunicatos siue à iure siue ab homine, ut quòd cito facere poterunt, suā absolutionem procurent: eis declarantes qualiter propter eorum excōmunicacionem priuantur omnibus suffragiis Ecclesie, participatione sacramentorum, & cōmunione hominum nedum in vita, sed & post mortem: et si in tali statu decederent, Ecclesiastica carerent sepultura. Declarant etiam eis quòd si propter dolum aut culpā suam fuerint excommunicati quovis fuerint in foro penitentiæ absoluti, etiam in scriptis indicent absolutione ab homine, pro peccato contumacie seu inobedientie.

Quoniam ex indiscreta & facili voto-
rum emissione, plurima sequuntur incom-
moda & scandala, ut quotidie videmus:
monebunt saepissime curati & eorum vica-
rij suos parrochianos, maximè iuuenes,
simplices, rusticos, & mulieres, ut vota in-
discreta à modo non faciant, sed cum ma-
tura deliberatione, & prudentum virorum
consilio vroueant.

Quæ prius in titulo de festorum obser-
uatione ordinata sunt, saepè annuncient
plebi curati aut vicarij.

Sub titulo excommunicationis supra
expressi sunt multi casus quibus ipso facto
ob varia delicta à iure fertur sententia ex-
communicationis. Ideo iniungimus ut cu-
rati considerent illos casus in quibus plebs
eis deputata requirit correctionem: ut illi
casus frequenter per eos annuncientur.

Quoniam libertatis Ecclesiasticæ infra-
ctores, eiusdémque iurisdictionis ac bo-
norum usurpatores, ipso iure excommu-
nicationis sententiam incurtere dinoscun-
tur: corum periculis animarum obuiare
volentes, antiquam nostræ diœcesis con-
suetudinem insequentes, districtè præci-
pimus & mandamus omnium parrochia-
lium Ecclesiarum rectoribus quatenus fre-
quen-

quenter diebus dominicis denuncient excommunicatos à canone omnes Ecclesiasticam iurisdictionem impediétes & eiusdem libertatis ac iurisdictionis violatores. A qua sententia absolui non poterunt, nisi satisfacto prius omnibus quorum interest, & refusis omnibus impensis & damnis.

Sequuntur articuli fidei annunciandi per curatos seu vicarios Ecclesiarum parochialium rurisitarum, per singulos menses una die Dominica ad minus in pronis, ut supradictum est in praesenti titulo.

PRIMVS ARTICVLVS.



ETRVS. Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorēm cœli & terræ.

*Je croy en un seul Dieu le Pere,
Tout puissant sans rien enquerre,
Qui a fait de nulle matiere
Les Anges, le ciel & la terre.*

L

S T A T U T . S Y N O D .

S E C U N D U S .

A N D R E A S . Et in Iesum Christum
filium eius unicum dominum nostrum.

I e c r o y e n I e s u s f o n s e u l f i l s :
N o s t r e v r a y s e i g n e u r n a t u r e l :
Q u i p o u r n o u s g a r d e r d e p e r i l s ,
A v o u l u e s t r e h o m m e m o r t e l .

T E R T I U S .

I A C O B U S M A I O R . Q u i c o n c e p -
t u s e s t d e s p i r i t u s a n c t o n a t u s e x M a r i a v i -
g i n e .

P a r l a v e r t u d u s a i n c t E s p r i t
I l f u t c o n c e u s a n s n u l l e t a c h e :
E t d e V i e r g e m e r e n a s q u i t
E n B e t h l e e m e n v n e c r e s c h e .

Q U A R T U S .

I O A N N E S E V A N G E L I S T A . P a s -
s u s s u b p o n t i o P i l a t o c r u c i f i x u s , m o r t u u s
& s e p u l t u s .

S o u b s P i l a t e l a p a s s i o n ,
E t l a m o r t e n c r o i x i l s o u f f r i t :
P u i s I o s e p h p a r d e u o r i o n
E n s o n t o m b e a u l e n s e p u e l i t .

Q U I N T U S .

T H O M A S . D e s c e n d i t a d i n f e r n a t e r -
t i a d i e r e s u r r e x i t à m o r t u i s .

*Au limbe en enfer descendit,
Et les saincts Peres en tira:
Et au tiers iour, comme auoit dit,
De mort à viereffuscia.*

S A X T V S.

I A C O B V S M I N O R. Ascendit ad celos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.

*Au quarantiesme iour és cieux
Monta en sa nature entiere,
Et là se fied tres-glorieux,
A la dextre de Dieu son Pere.*

S E P T I M V S.

P H I L I P P V S. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

*Ie croy qu'en sa grand' Maiesté,
Il viendra de Paradis:
Pour iuger en vraye equité,
En la fin les morts & les vifs.*

O C T A V V S.

B A R T H O L O M E V S. Credo in spiritum sanctum.

*Ie croy que le saint Esprit
Est vray Dieu en vne essence,
Auecques le Pere & le Fils,*

STATUT. SYNOD.

Et a une mesme puissance,

NONVS.

MATHEVS. Sanctam Ecclesiam catholicam.

*Ie croy l'Eglise Catholique,
Vnie & sanctifiee,
Et la doctrine Apostolique:
Tres-fermement edifiee.*

DECIMVS.

SIMON. Sanctorum communionem,
peccatorum remissionem.

*Ie croy que tous les Chrestiens,
Ont vraye commnuication,
De tous biens es saincts Sacremens,
Et des pechez remission.*

VNDÉCIMVS.

~~IVDA~~ IUDAS. Carnis resurrectionem.

*Toas les hommes generallement
Et toutes les femmes mourront:
Puis au grand iour du iugement
Ensemble tous resusciteront.*

DVODECIMVS.

MATHIAS. Vitam aeternam Amen.

Ie croy que tous les bons viuront,

*En gloire perdurablement:
Et les mauvais pecheurs iront
Au feu d'enfer à damnement.*

*Qui ceste foy tres-bien croira,
Et tres-bien l'accomplira:
En Paradis tout droict iera:
Et s'il ne veut damné sera.*

*Sequuntur præcepta decalogi annun-
cianda ut prædictetur.*

*Vnū crede deum, ne iures vana per ipsum.
Sabbata sanctifices & venerare patres.
Non sis occisor, fur, mechus, testis iniquus:
Vicinique thorum, resque caueto suas.*

*V*n seul Dieu tu adoreras, & aimeras parfaictement,
Dieu en vain ne iureras, ne autre chose pareillement,
Les Dimanches tu garderas, en seruant Dieu deuotement,
Pere & mere honoreras, affin que viues longuement,
Homicide point ne seras, defaict ne volontairement.
Luxurieux point ne seras, de corps ne de consen-

STATUT. SYNOD.

cement,

L'auoir d'autruy tu n'embleras, ne retiendras à
esfient,

Faux tesmoinage ne diras, ne mentiras aucun-
nement,

L'œuvre de chair ne desireras, qu'en mariage
seulement,

Biens d'autruy ne conuoiteras, pour les auoir
iniustement.

Sequuntur precepta Ecclesie annun-
cianda ut supra.

Les Dimenches messe orras,
Et les festes de commandement.
Tous tes pechez confesseras
A tout le moins vne fois l'an:
Et ton Createur receuras
Au moins à Pasques humblement.
Les festes sanctifieras
Qui te sont de commandement.
Quatre temps, Vigiles ieusneras
Et le Karesme entierement.

FINIS.

Aureliae in ædibus Oliuarij Boynard,
Librarij iurati sub signo Librariae,
in vico l'Escreuinerie, in clau-
stro sanctæ
Crucis.

*Anno domini, M. D. LXXXVII.
mense Maio.*

